# XIII.

# COSMOGRAPHIA.

## DCCLXXXVI. (Cod. 1702).

Epitome operis Içtakhrîi c. t. كتاب المسالك والممالك, quod anno 1870 edidi. De hoc Codice egi in Praefatione ad vol. IV Bibliothecae Geogr. Arabic. p. IV seqq. Exaratus est anno 589 et anno 1876 in Aegypto emtus.

## DCCLXXXVII. (Cod. 1484).

Versio Persica operis Içtakhrîi, descripta manu Wi Wright e Codice Gothano Pers. 36.

Donum de Goeje.

## DCCLXXXVIII. (Cod. 1403).

Locus de Aegypto, descriptus ex epitome Gothano (Cod. 1521) libri Içtakhrîi (p. 25 seqq. in facsimile Moelleri); addita est versio Persica hujus loci e Cod. Gothano Pers. 36.

Emtus e Bibl. Hamakeri (*Catal.* p. 110, n. 9).

## DCCLXXXIX. (Cod. 314 Warn.)

Ibn-Hauqali opus geographicum, anno 366 vel proxime sequenti conscriptum, de quo fuse exposuit Uylenbroek in Dissertatione, anno 1822 edita. Opus integrum edidi in vol. II Bibl. Geograph. Arabic. ex hoc Codice, Codice Bodleiano et epitome Parisiensi.

## DCCXC. (Cod. 2063).

Opus geographicum Moqaddasî (s. Maqdisî, quoque al-Basschârî et Ibn-al-Bannâ dicti), dimidio posteriore saeculi quarti conscriptum. De hoc opere et de Codicibus egi in introductione ad Bibliothecam Geographorum Arabicorum vol. III. Codex hic est apographon Codicis Constantinopolitani nitidissimum meo rogatu sumptu publico factum ab Asad Efendi.

## DCCXCI. (Cod. 421 Warn.)

مُعْجَم ما أسْتَعْجَم „. Lexicon nominum locorum, fluviorum caet., qui memorantur in antiquis Arabum historiis, in traditionibus quae ad Prophetam spectant, et imprimis in carminibus, auctore Abu-ʿObaid al-Bekrî (+ 487); de cujus scriptoris vita et operibus fuse exposuit Dozy in libro c. t. *Recherches sur l'histoire politique et littéraire de l'Espagne pendant le moyen âge* (I, p. 282—307), ubi etiam hunc Codicem, duobus voluminibus constantem et anno 709 exaratum, descripsit. Deinde opus integrum ex hoc Cod. aliisque edidit F. Wüstenfeld anno 1876.

## DCCXCII. (Cod. 334 (2) Warn.)

كتاب الجبال والأمكنة والمياه auctore az-Zamakhscharî (+ 538), libellus anno 1856 editus a M. Salverda de Grave ex hoc Codice.

Alterum exemplar Paris. (de Slane) 2219.

## DCCXCIII. (Cod. 320 (1) Warn.)

Itinerarium Ibn-Djobairi, qui anno 578 Hispaniam reliquit, anno 1852 e nostro Codice editum a W. Wright.

Nonnulla de Ibn-Djobairo collegerat Dozy, quae huic Codici adjecit et n° 320*a* signavit. Sunt duae longiores vitae, quarum unam descripsit ex Ibn-al-Khatîbi Codice, mendoso quidem sed unico, e bibliotheca de Gayangos; alteram descripsit ex al-Maqqarî Codice Gothano; tertiam denique eamque brevissimam, e nostro Codice operis al-Maqrîzî c. t. *al-Moqaffâ* (Cod. 1366, vol. 1).

Accedit apographum decem priorum paginarum, a Dozyo e nostro Codice factum et a de Gayangos cum Codice Escurialensi (Derenbourg) 488 (3) collatum. Noster Codex anno 875 in urbe Mekka exaratus est.

DCCXCIV. (Cod. 994*b* Warn.)

Una *korrâsa* (20 pp.) olim Codici 994 inserta, continens fragmentum geographici argumenti; sed liber ad quem pertinet alia etiam argumenta tractare videtur. Nam inveniebantur in eo caput de proverbiis et caput de historia Abrahami, ut patet ex prima fragmenti pagina ubi haec: وفى المثل من دخل ظفار حمّر اى تكلّم بلغة حمير وسنذكره فى الامثال ان شاء الله تعالى ونذكر ايضا عدن ونذكر ايضا مكة فى قصّة الخليل عم; promittit praeterea scriptor, se dicturum de Prophetae fuga (p. 2), de Tobba'is, Jemanae regibus (ibid.), de Prophetae vita (سيرة النبى ibid.), de historia Jonae (p. 3), et de historia Prophetae Hud, ad ʿÂditas missi (p. 8). Ex quibus efficeres fere, librum esse encyclopaediam.

Initium *korrâsae* (quae quota totius libri sit annotatum est, sed nota illa a bibliopega Orientali adeo abscissa est ut non amplius legi possit) est hoc: فصل ومنها الانبار وهى مدينة قديمة ذكرها الجوهرى وقال وانبار اسم بلد وسنذكرها فيما بعد; tum agit scriptor de urbe Çanʿâ in Jemana, frequenterque laudat al-Djauharîum et al-Djawâlîqîum; porro de Medina, de oppidis Mesopotamiae et Syriae, imprimis de Damasco; nempe de urbis aedificatione, de portis quas habet caet.; laudat Ibn ʿAsâkiri historiam Damasci, Ibn-al-Monâdîi (+ 336) divisionem Syriae, alios; traditiones nonnullas narrat absurdas et carmina quaedam, in Damasci laudem composita, describit. Inter haec est unum auctore notissimo ʿImâd-ad-dîn al-Ispahânî (+ 597), quod hujus permissu cum lectore communicat (p. 15). Vixit igitur auctor dimidio posteriore saeculi sexti, quod confirmatur eo quod de Nur-ad-dîn Mahmud ibn-Zankî (+ 569) loquitur cum formula رحمه الله. P. 11 auctor avum commemorat ut hominem eruditum, sed non nominat. Ultima verba *korrâsae* sunt ومنها قاسيون sine paginae custode.

Codex antiquus est et bene exaratus.

DCCXCV. (Cod. 295 Warn.)

كِتَابُ مَرَاصِد ٱلاطِّلَاع. Lexicon geographicum, compendium magni operis Jâquti (+ 626); quod opus annis 1850—1864 edidit T. G. J. Juynboll, qui in Introductione tomo IV praemissa cum de hoc tum de reliquis Codicibus exposuit.

Duo exempl. existunt Constantinopoli in bibliotheca Râghib Pâschae; v. Cat. p. 44.

DCCXCVI. (Cod. 334 (1) Warn.)

Jâquti *al-Moschtarik*, quem librum Wüstenfeld, nostro etiam Codice, anno 713 exarato, usus, edidit.

DCCXCVII. (Cod. 10 Gol., 512 Warn.)

Qazwînîi (+ 682) Cosmographia c. t. عجائب المخلوقات. Duabus constat partibus, quarum altera peculiarem habet titulum آثار البلاد.

Codex 10 continet priorem partem, κατ' ἐξοχὴν عجائب المخلوقات dictam. Ineleganter exaratus est et anni nota caret. — Cod. 512 (286 foll.), qui آثار البلاد continet, anno 930 exaratus est; cf. quae monuit Wüstenfeld p. VI seq. editionis suae, ubi etiam de aliis Codicibus exposuit.

Copiosius etiam de bibliographia exposuit Pertsch ad Cod. Goth. 1503. Adde:

Mus. Asiat. Petrop. (Rosen) 221; Berol. (Ahlwardt) 6043; Paris. (De Slane) 1273—79, exc. 2180, 2776 (5), comp. 2182 (1), 2419 (3). Editus est Qâhirae 1309 (in marg. libri Hajât al-Haiwân auct. al-Damîrî).

DCCXCVIII. (Cod. 1324).

Versio Persica prioris partis libri al-Qazwînîi. Codex anno 1074 exaratus est charactere nestalîq.

Oriundus e Bibl. Societ. Ind. Orient.

DCCXCIX. (Cod. 1990 = Amîn 267)

Fragmenta epitomes e Qazwînîi عجائب المخلوقات et quidem

continent f. 1 et 2 inde a Qazw. ed. Wüstenfeld I, ١٠٩, 17—١١٢, 5 a f.; f. 3 ib. ٨٠, 17—٨٢, 15; f. 4—34 ib. ١٢٧ ult.—٢٢٣, 5 a f.; f. 35—59 ib. ٣٣٩, 15—٣٨٧, 6; f. 60—82 i. e. finem ib. ١١, 12—٩٢, 8. Abrupte incipit Codex atque desinit et currente calamo nec sine vitiis exaratus est. Attamen alicui usus esse potest uti e. g. I, ١٨١ paen. recte habet المليانى pro الملتانى quod in editione Wüstenfeld exstat.

## DCCC. (Cod. 1466)

"بَرْقُ الشَّام[1]، فى مَحاسِنِ اقْليمِ الشام", auctore ʿIzz-ad-dîn Abu-Abdallah Mohammed ibn-ʿAlî ibn-Ibrâhîm *ibn-Schaddâd* al-Halabî, qui ca annum 680 hunc librum edidit (obiit 684). Divisus est in duas partes (قسم), quarum prior agit فى ذكر ما اشتمل عليه محاسن دمشق, altera فى ذكر ما هو خارج عن دمشق وهو مضاف اليها. Pars prior continet 10 capita: 1um فى ذكر اشتقاق اسمها; 2um فى ذكر مسجدها الجامع; 3um فى ذكر من بناها وعدّة ابوابها وقلعتها (الجامع المعمور); 4um فى ذكر مساجدها باطنها وظاهرها; 5um فى ذكر الخوانق والأَرْبُط (والرُّبُط) المزارات بها بباطنها وظاهرها; 6um فى ذكر ما بدمشق; 7um فى ذكر المدارس بباطنها وظاهرها; 8um فى ذكر الحمّامات بباطن دمشق وظاهرها من الكنائس والاعمار; 9um فى ذكر فضلها وما مُدحت به نثرا ونظما; 10um وظاهرها. Pars altera continet sex capita: 1um فى ذكر انهارها وقنواتها; 2um فى ذكر جبالها; 3um فى ذكر بلاد; 4um فى ذكر ما اشتمل عليه جندها من البلاد; 5um فى ذكر بلاد جند فلسطين; 6um فى ذكر ما فى جند الاردن; مجموع هذه الاجناد من المزارات.

---

1) Ad hanc vocem in titulo legimus: الشام بمعنى الشيم من الجامع et ad sequens الشام: والشام معرب سام بن نوح عليه السلام من الجامع للفارابى.

Si cum hoc capitum elencho comparamus descriptionem tomi tertii operis „الأعلاق الخطيرة، فى ذكر أمراء الشأم والجزيرة“ in Catal. Mus. Brit. p. 614 seq. patet nostrum librum nihil esse quam hujus tomi caput primum et secundum novo titulo ornata. Quum haec capita in exemplaribus operis الاعلاق desiderentur, Codex noster pretiosus est; utilissimum nempe est opus ad res Syriae meridionalis et Palaestinae praesertim saeculis sexto et septimo cognoscendas. Ex antiquioribus saepe laudantur al-Balâdzorî, geographia al-Jaqubîi, interdum Abu-Hanîfa ad-Dinawarî et Ibn-Hauqal. Codex, anno 870 bene exaratus, continet 289 pag.

Libri الاعلاق tomum primum et partem posteriorem tertii possidet Mus. Brit. n. 1323, 1324, primum quoque Mus. Asiat. Petrop. (Rosen, *Notices Sommaires*, p. 99 n. 162). Excerptum exstat in Cod. Mus. Brit. 282 (2). Quod ibi auctor appellatur Bahâ-ad-dîn Ibn-Schaddâd est repetitio erroris H. Khal. I, 360, quem correxit Rieu in Catal. p. 613.

E. Scheidius Codicem anno 1767 ex Oriente accepit. Deinde fuit e libris S. Rau. Cf. Praefatio ad hanc edit. Cat. I, p. XXXII.

DCCCI. (Cod. 11 (2) Gol.)

الرِّحْلَةُ المَغْرِبِيَّةُ. Itinerarium al-ʿAbdarîi, qui anno 688 Héham reliquit Mekkam profecturus. De libro exposuit Cherbonneau in *Journal Asiat.* 1854, II, p. 144 seqq. qui quoque alia exempl. enumeravit (ib. p. 146).

Noster Codex, male habitus et charactere Africano incomte scriptus, sed satis antiquus est.

DCCCII. (Cod. 57 Gol.)

Abu-'l-Fedâi (+ 732) Geographia. Hic Codex, quo ad suam editionem usi sunt Reinaud et de Slane, in auctoris usum exaratus est et ipsius correctionibus et additamentis locupletatus; v. editorum praefationem p. XLI.

Alia exempl.: Bodl. Uri 898, 912; Nic. p. 359; Mus. Asiat. Petrop. (Rosen) 234, 236; Paris. (de Slane) 2239—42; excerpta 2243—45;

Mus. Brit. 375—377, 1320; Vindob. (Flügel) 1265; Havn. 98; Monac. 457—59; compend. ibid. 460; Mus. Brit. 379.

## DCCCIII. (Cod. 40 Gol.)

اجزاء متفرقه از تقویم البلدان لجمی بیک بن قاضی معروف
Versio Turcica quorundam locorum Geographiae Abu-'l-Fedâi. Liber nullius pretii.

## DCCCIV. (Cod. 602 Warn.)

„أَوْضَحُ ٱلْمَسَالِكِ، اَلَى مَعْرِفَةِ ٱلْبُلْدَانِ وَٱلْمَمَالِكِ" auctore Mohammed ibn-'Alî, vulgo Sipâhî-zâdeh (+ 997) dicto. Est Abu-'l-Fedâi Geographia, Turcice versa et alphabetice ordinata (cf. H. Khal. II, p. 395).

Codex bene exaratus est anno 994.

Alia exempl.: Mus. Brit. 378; Petrop. (Rosen Collect. Scientif.) 69; Vindob. (Flügel) 1278 (1); Italinski (Hammer, Lettere IV) 222; Bodl. Uri 889; Râghib Pâscha p. 44.

## DCCCV. (Cod. 1406).

Scriptio Hamakeri, qua primum de opere, a Sipâhî-zâdeh composito, exponitur, tum loci de Irâqo Persico, qui in illo obvii sunt, Latine interpretantur. Ex praefatione Dissertationis Uylenbroekii discimus, Hamakero propositum fuisse ut illi operi appendicem, a se conscriptam, adjungeret, qua loci de Irâqo Persico, qui apud scriptores Persas et Turcas occurrunt, continerentur. Hic igitur 13 paginarum libellus ad hoc argumentum pertinet.

Emtus e Bibl. Hamakeri (*Catal.* p. 112, n. 3).

## DCCCVI. (Cod. 1407).

Versio Latina, ab Hamakero facta, loci Persici de Irâqo Persico. Duobus Codicibus usus est, sed libri titulum non indicavit. Initium est: »Caput secundum de descriptione Irâcae Persicae. Dividitur illa regio in novem praefecturas majores et urbium

jurisdictiones minores ad quadraginta. Aëre plerumque utitur temperato." 47 pp. quadruplicatae.

Emtus e Bibl. Hamakeri (*Catal.* p. 112, n. 4).

DCCCVII. (Cod. 464 Warn.)

„نُخْبَةُ ٱلدَّهْرِ، فِى عَجَائِبِ ٱلْبَرِّ وَٱلْبَحْرِ“ auctore Schams-ad-dîn Abu-ᶜAbdallah Mohammed ibn-abî-Tâlib al-Ançârî aç-Çufî ad-Dimaschqî (+ 727). Opus anno 1866, versionem anno 1874 edidit A. F. Mehren, qui praefatus est de Codicibus.

Codex, anno 970 incomte et raptim (على سبيل الاستعجال, ut dicitur in subscriptione) exaratus, textum offert quam maxime corruptum.

DCCCVIII. (Cod. 158 Gol.)

خَرِيدَةُ ٱلْعَجَائِب. Notissimum Ibn-al-Wardîi (+ 750) opus, quod in quavis fere Bibliotheca asservatur et editum est Qâhirae anno 1296. Codex multis vocalibus instructus et bene exaratus est anno 984.

Alia exempl. enumeravit Pertsch (Cat. Goth. 1514). Adde: Mus. Asiat. Petrop. (Rosen) 225, 226, 227; Paris. (de Slane) 2188—2210; Petrop. (Rosen, Collect. Scient.) 66, 67; Argentor. (Spitta) 19; India Office (Loth) 726—28; Berol. (Ahlw.) 6046—48.

DCCCIX. (Cod. 755 (3) Warn.)

Libellus sex paginarum de Roma. Incipit a verbis: هذا ما ورد الينا عمّا سمعوه السادة العلماء الفضلاء اهل الفطنة والمعرفة واصحاب التواريخ القديمة مما وجدوه من اخبار رومية الكبرى المعظمة فى سائر المدن بين الملوك والاكابر وهذا ما ورد الينا من وصفها وما فيها من سائر التحف فى البنيان من الاسواق والكنائس المعظمة وما فيها من كثرة الاجتهاد فى الطاعة والعبادة والعجائب فى الذهب والفضة والنحاس الاصفر والاصنام المرصودة والنهور الممدودة

والبلاط المرخم الخ. In multis convenit liber cum descriptione Romae, quae in Ibn-al-Wardîi opere geographico invenitur. Auctor autem in fine dicit se haec compilavisse e magnis libris de historia antiqua.

Codex anno 1021 exaratus est.

DCCCX. (Cod. 560 (6) Warn.)

„كتاب الطُّرْفة الغريبة، من أَخْبار وادى حَضْرَمَوْت العَجيبة“, auctore celeberrimo al-Maqrîzîo (+ 845), quod opusculum ex hoc Codice edidit Paul Berlin Noskowy Bonnae anno 1866. Titulum et subscriptionem ipse auctor addidit anno 841.

DCCCXI. (Cod. 1156 Warn.)

Parvus hic Codex, octo tantum paginis quadruplicatis constans, hanc offert inscriptionem: نقلتُ هذه الانساب والاقاليم والبلاد من تاريخ قاضى القضاة المشهور بالعينى. Habemus igitur hic excerpta ex parte geographica Historiae al-ʿAinîi (+ 855); sed non apparet ex quanam illius historiae redactione desumta sint. Etenim *tres* historias composuit al-ʿAinî; *magnam* c. t. „عقد الجمان، فى تاريخ اهل الزمان“, quae 20 voluminibus constabat; *mediocrem*, 10 voluminibus constantem, c. t. „تاريخ البدر، فى اوصاف اهل العصر“, et *parvam*, tribus voluminibus constantem; sed tria haec opera fusius breviusve idem tractabant argumentum. Eorum initio (teste H. Khal.) egit auctor de geographia, duce Abu-'l-Fedâi *Taqwîm al-boldân*.

Excerptum de quo agimus incipit a verbis: القسم التاسع فى حد اذربيجان. Breviter agitur de oppidis illius regionis. Sequitur sectio decima de Arrân; tum 11ª de Mesopotamia; 12ª de ʿIrâqo; 13ª de al-Djabal s. ʿIrâq al-ʿadjam; 14ª de ad-Dailam et al-Djîl; 15ª de Tabaristân, Mâzandarân et Qumis; 16ª de Khorâsân; 17ª de al-Ghur et Zâbulistân; 18ª de Tokhâristân; 19ª de Khowârizm; 20ª de Mâ-warâ-an-nahr; 21ª de Kirmân; 22ª, 23ª, 24ª, 25ª et 26ª omissae sunt, »quia his quinque sectionibus nos facile carere posse arbitror," ait epitomator in nota marginali; 27ª de Perside, et denique 28ª de Khuzistân.

Hae octo paginae non magni sunt pretii nisi quod omnium nominorum pronuntiatio praescribitur.

Anni nota non est addita.

DCCCXII. (Cod. 818 Warn.)

«نَشْقُ ٱلْأَزْهَارِ، فِى عَجَائِبِ ٱلْأَقْطَارِ». Ibn-Ijâsi Geographia; notus liber. Codex anno 996 exaratus est.

DCCCXIII. (Cod. 741 Warn.)

Alterum exemplar, anno 999 exaratum.

Alia exempl. enumeravit Pertsch ad Cod. Goth. 1518. Add.: India Office (Loth) 728 (1); Petrop. (Rosen Coll. Scientif.) 68; Paris. (de Slane) 2207—10, cf. ibid. 3513 (3).

DCCCXIV. (Cod. 1862 = Amîn 143)

«ضَرْبُ الحَوطَة، عَلَى جَمِيعِ الغُوطَة», brevis descriptio *Ghutae* Damasci auctore Mohammed *ibn-Tulun* aç-Çâlihî (+ 953). Nomina geographica alphabetico ordine in margine rubro adscripta sunt. Post praefationem incipit loco laudato e libro الاعلاق auctore Abu-ʿAbdallah ibn-Schaddâd (vid. supra p. 5).

Autographon auctoris, 5 folia.

DCCCXV. (Cod. 1981 = Amîn 258)

Haec 6 folia continent carmen, in quo cujusdam viri ʿAlî ibn-Musâ al-Qortobî itinera describuntur in regionem Rûm, Indiam, Arabiam, Aegyptum. Initium deperditum est et in fine simpliciter inscribitur: المنظومة البديعة لمؤلفها زين العابدين بن ولى حاجى. Auctor vixit regnante Schah ʿAbbâs ibn-Ismâʿîl in Persia, ceteroquin mihi incognitus est.

DCCCXVI. (Cod. 1602)

Itinera Macarii, Patriarchae Antiocheni, annis 1652—1659, ab ejus comite, archidiacono Paulo, scripta. Codex negligenter exaratus est.

Emtus anno 1843 a de Gayangos et Sprenger, qui illum brevi ante Londini, una cum aliis Codd., ex auctione Consulis Salamé comparaverant. Putabant hi ex *hoc* exemplari Belfourium interpretationem suam Anglicam edidisse anno 1829; sed *aliud* hoc esse exemplar, Dozyo quum, Londini versaretur, affirmavit Cureton.

## DCCCXVII. (Cod. 2008 f. 26—39 = Amîn 285)

Primo loco hic occurrunt excerpta e libro رِحْلَة الشِّتَاء والصَّيْف auctore *Kibrît* Mohammed ibn-ʿAbdallah al-Hosainî al-Maulawî (+ 1070). Liber jam saepe descriptus est, — vide v. g. Pertsch ad Cod. Goth. 1543 — et Qâhirae editus anno 1293. Cf. Brill, *Cat. périod.* 77. De auctore copiose exposuit al-Mohibbî in libro *Kholâçat al-Athâr* IV, ٢٨ et seqq.

Explicunt haec excerpta fol. 35 v. Sequuntur nonnulla alia, adversaria poëtica etc., excerpta e libro quodam aç-Çafadî usque ad fol. 39, quae separata mentione indigna sunt.

Praeter exemplaria apud Pertsch l. l. laudata alia exstant in collectione Brill (Houtsma) 289; Paris. (de Slane) 2294.

# XIV.

# HISTORIA.

## 1. INTRODUCTIO.

DCCCXVIII. (Cod. 560 (1) Warn.)

Opusculum Abu-Dja'fari Mohammed ibn-Habîb (+ 245) de similitudine et differentia nominum tribuum Arabicarum, quod a Wüstenfeld anno 1850 editum est e nostro Codice, celebratissimi historici al-Maqrîzî manu exarato, de quo fuse egit Dozy in *Notices sur quelques manuscrits arabes*, p. 17 seqq.

DCCCXIX. (Cod. 782 Warn.)

كِتَابُ ٱلْمَعَارِف auctore Ibn-Qotaiba (+ 276); de quo libro, utpote anno 1850 edito a Wüstenfeld, qui nostro quoque Codice usus est, non opus est ut exponam.

Codex, paginas 515 octuplicatas continens, anno 1012 scriptus est. Alia exempl. enumerat Pertsch ad Cod. Goth. 1552; adde: Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 155; Petrop. (Coll. Scientif. 30); Paris. (de Slane) 1465.

DCCCXX. (Cod. 362 Warn.)

كِتَابُ ٱلْاشْتِقَاق auctore Ibn-Doraid (+ 321). Non opus est ut de hoc libro exponam, cum quia qualis ejus sit ratio satis intel-

ligi potest ex Reiskii descriptione (*Prodidagm.* p. 231), tum quia Wüstenfeld e nostro Codice libri editionem dedit anno 1854.

Codex, 196 paginas continens, anno 668 bene exaratus est.

DCCCXXI. (Cod. 677 Warn.)

„اَلْإِعْلَانُ بِالتَّوْبِيخِ، لِمَنْ ذَمَّ أَهْلَ ٱلتَّارِيخِ“ auctore Schams-ad-dîn Abu-'l-Khair Mohammed ibn-ʿAbd-ar-Rahmân *as-Sakhâwî* (+ 902).

Primum exponit auctor quid sit historia, et hujus disciplinae utilitatem luculentissimis testimoniis probat. In altera libri parte enumerat opera historica quae cognita habebat; sed quamquam negare non ausim, quaedam ab eo esse tradita memoratu digna, pleraque tamen quae tradit jam aliunde accuratius scimus, et dubito an hic liber multum conferre possit ad historiographiam Moslimorum melius cognoscendam. In fine testatur, se hunc librum Mekkae composuisse anno 97 (i. e. 897).

Codex aqua adeo laesus est ut ejus lectione oculi fatigentur. Anni nota caret, et alius mihi non innotuit.

## 2. HISTORIA UNIVERSALIS.

DCCCXXII. (Cod. 1953 = Amîn 230)

الأَخْبَارُ الطِوَالُ auctore Abu-Hanîfa Ahmed ibn-Dâwud ad-Dinawarî, qui anno 282 (secundum Dzahabîi locum in primo Codicis folio), vel 281 (secundum alios e. g. Ibn-Schâkir) diem supremum obiit.

Librum anno 1888 edidit Vladimir Girgas e nostro satis bono Codice et altero Petropolitano. Mors impedivit quominus adderet praefationem et indices, quos supplere promisit Nob. V. Rosen.

Tertium exemplar exstat in Bibl. Italinsky (Hammer, Lettere IV) 205.

DCCCXXIII. (Cod. 497 Warn.)

Tertium volumen *genuinae* Historiae summi historici at-Tabarí (+ 310), editionis Leid. I, p. ٧٧٥, 16 ad I.v. l. ult.

»Incipit haec Thabaritae pars, sine ulla praefatione, a Septem

dormientium fabula (ذكر الخبر عن اصحاب الكهف). Hinc de Jona propheta, de S. Georgio, prolixe nugatur. Tum usque ad finem libri res imperii Sassanidarum enarrat auctor, quibus fata Arabiae felicis et bella a Persis ibi gesta intermiscet. Desinit vero in enumeratione epocharum et supputatione temporis, quod secundum Judaeos, Christianos, Magos, inter Adami lapsum et Mohammedis fugam effluxerit.

»Codex continet pp. 269. A fine est mutilus, ita ut nulla adsit librarii nota, ex qua de libri aetate aestimatio fieri possit. Scriptura est elegans, at pluribus tamen in locis, ob frequentissimam punctorum diacriticorum omissionem, difficilior." Haec Hamakerus (*Spec. Catal.* p. 19 seq.). Addidit Dozy: »Utinam hujus voluminis loco aliud haberemus in quo historia Islamitica tractaretur!"

In introductione ad editionem Leidensem de Codicibus Tabarî superstitibus agetur.

## DCCCXXIV. (Cod. 1612 (1))

Versio Persica, vel potius macrum et exile compendium, Historiae at-Tabarî, a Balʿamî (+ 386) circa annum 352 factum. Exordium hujus Codicis convenit, non cum Codice Gothano (Pertsch p. 48), sed cum exordio duorum Codd. Petropol., quod Kosegarten dedit in praefatione editionis inchoatae p. xii, Cod. Vindob. et versionis Zotenberg. Memoratu dignum est in nostro exemplari historiam continuatam esse usque ad Baghdâdum ab Hulâku anno 656 expugnatum, ut in Cod. Vindob.

Codex anno 754 bene exaratus est.

Bibliothecae dono dedit Hooykaas Herderschee.

Anno 1836 prodiit tomus primus versionis Gallicae ab L. Dubeux factae; annis 1867—1874 totius operis versionem Gallicam dedit H. Zotenberg, qui quare regno al-Moʿtazzi finem fecerit, nescio.

Al. ex., praeter illa de quibus Zotenberg in praef. ad Tom. I loquitur: Bodl. (Uri) 40 (p. 277), Ouseley 269—276 (4 ex.), Radcl. (Fraser p. 4); Vind. (Flügel) 829; Gotha Pers. 24, 25; Caes. Petrop. 264—266, Mus. Asiat. 572; cf. Chwolson, *Ueber die Ueberreste der alt-Babylonischen Literatur*, p. 132, n. 281; Nan. 78; Berol.

(Sprenger) 43, 44. In nonnullis bibliothecis exstant praeterea exemplaria versionis Turcicae, quae ex Persica facta est quaeque edita est Constantinopoli.

DCCCXXV. (C[illegible] 140 Gol.)

Secundum volumen versionis Arabicae Compendii Persici a Bal<sup></sup>amîo facti, operis at-Tabarîi; cf. Kosegarten, Vol. I, Praef. p. XXIII seqq. Facta est haec versio, anno 935—937, a Khidhr ibn-Khidhr, cujus integra genealogia est: خضر بن خضر بن الحاجى حسن بن الحاجى محمد بن الحاجى حسن بن الحاجى اسماعيل بن الحاجى على الآمدى.

»Incipit hoc volumen a nativitate Mohammedis, desinit in caede Hosaini (die 10 Moharremi A. H. 61. Chr. 680) et extremo loco narrat, quomodo caput Hosaini captivasque mulieres et pueros Obeidollah miserit ad Jezidum, qui Alidas paucis post diebus Medinam deducendos curaverit." Hamakerus in *Spec. Catal.* p. 20.

Codex, ab ipso interprete exaratus, continet minutae et inelegantis scripturae pp. 961.

DCCCXXVI. (Cod. 1485)

Versio Arabica e versione Persica facta, in qua tamen partim textus abbreviatus est, partim locupletior est. In initio 7 folia perierunt; procedit ad mortem Marwâni, ultimi Khalîfae Omayadarum. In Codice e quo hic transcriptus fuit, lacuna erat inde a media historia Mokhtâri (in vers. Zotenberg IV, 95) ad mediam narrationem de Ibrâhîmo al-imâmo capto et necato a Marwâno (Zotenb. p. 336). In Codice nostro haec lacuna sine ulla indicatione est. Praecedit index capitum anno 83 (i. e. 1083?) confectus. Margo multas glossas et emendationes continet.

In fine voluminis (f. 417 seqq.) varia annotata sunt: 1° ما اخذت من المواهب اللدنية ولم يذكره الطبرى الا بعضه بطريق الاجمال. Opus المواهب اللدنية est Commentarius ad القواعد الشرعية auctore Mohammed ibn ʿIrâq (+ 933). Haec excerpta agunt de expeditionibus a Propheta missis (6 fol.). Abrupte desinunt. 2° Pars ultima

libri روضة العلماء (H. Khal. III, 505) et quidem cap. 104 فى لم النفاق, cap. 105 فى فضل قلة الاكل وذم الاكول, cap. 106 فى فضل الصحابة et cap. 107 فى فضل السلام, singula بمسائله وعظاته, sed folia turbata sunt et quaedam desiderantur (8 fol.). Operis hujus ex. exstat in Mus. Brit. 745. Codex Bonon. (apud Rosen) 113 (1) fortasse alium habet auctorem. Liber ejusdem tituli et argumenti in Bibl. Dresd. 176 adscribitur Zamakhschario.

Quae implent folia seqq. sine ullo valore sunt.

Bibliothecae dono dedit de Goeje, qui librum acceperat a Jûsof al-Châlidî quum Vindobonae degeret.

## DCCCXXVII. (Cod. 127 Gol.)

Volumen secundum operis مروج الذهب auctore al-Masᶜudî, qui anno 336 hunc librum absolvit. Ab initio post titulum pauca folia desiderantur. Nunc incipit in media historia necis reginae az-Zabbâ (editionis Paris. III, p. 196 l. 7 ثم طعن) et pergit ad finem regni Jazîd ibn-Moᶜâwia (ed. Par. V, p. 168 l. 2). Sunt 300 pag.

Charactere Africano optime scriptus est Codex; anni nota caret, sed valde antiquus est. In margine variae lectiones ex alio exemplari ab ipso librario annotatae reperiuntur.

## DCCCXXVIII. (Cod. 282 Warn.)

Tomus prior ejusdem operis, continens cap. 1—85 (ed. Paris. I—V, p. 14).

Anno 963 descriptus est Codex ex exemplari valde aegroto, ut dicunt (سقيمة جدّا), quapropter librarius lectori qui meliore Codice nacturus sit, commendat ut cum hoc denuo textum conferat. Sunt 414 pag. formae maximae.

## DCCCXXIX. (Cod. 537 Warn.)

Duo volumina ejusdem operis, alterum 537*a* continens librum ab initio ad finem cap. 32 (Vol. I et II edit. Paris.), alterum 537*d*, in titulo tomus quartus vocatus, ab initio khalifatus ᶜAlii ad mortem ᶜAbd-al-Maliki (ed. Paris. IV, 288 ad V, 360). Sprenger in Praefatione ad versionem Anglicam de hoc Codice dicit (I,

p. LXX): »It is very ancient, made by a man of great learning, and therefore very correct. Sometimes, however, when he found a corrupt passage, he gave a wrong sense to it in his corrections. But it is, at all events, the best copy in existence. On the margin one sometimes finds valuable variants, written by a later hand". Fugisse videtur virum doctissimum subscriptio tomi primi, quae sic audit: نسخة العبد الفقير الى الله تعالى محمد بن قاسم النويرى غفر الله له ولوالديه ولذريته ولجميع المسلمين امين امين امين. Hic autem Mohammed ibn-Qâsim an-Nowairî vixit medio saeculo octavo, teste H. Khal. II, 107.

## DCCCXXX. (Cod. 2392).

Fragmentum ejusdem libri, continens inde ab initio khalifatus 'Alîi ad mortem Jazîdi (edit. Par. IV, 288—V, 168). Apographon recens sine anni nota in Oriente exaratum.

Emtus e libris Dozy.

Totum opus Mas<sup>c</sup>udîi editum est Parisiis a Barbier de Meynard 1861—1877 (9 tomi), qui praeter Codices Paris. nostris quoque usus est. Ed. Bulaqi prodiit anno 1283 (1866). Alii Codices: Mus. Brit. 272, 273; Bodl. (Uri) 707, 711 (1), 792, 815, 994; Cantabrig. 61, 62 (Preston p. 3); Caes. Vindob. 806, 807; Mus. Asiat. Petrop. (v. Rosen) 219 apographon Codicis Qâhirensis; Bibl. de Gayangos; Argentor. v. Zeitschr. D. M. G. 1886, p. 306; etc.

## DCCCXXXI. (Cod. 767 Warn.)

Hamzae Ispahanensis Annales; quem librum, anno 350 absolutum, edidit Gottwaldt, qui de nostro Codice egit p. XXII.

Excerpta hujus operis existunt in Bibl. Ambros. (Hammer n. 340) et Mus. Brit. 349 (2).

## DCCCXXXII. (Cod. 159 (2) Gol.)

تعليقات من كتاب التعريف بطبقات الامم. Breve excerptum ex طبقات الامم, auctore Abu-'l-Qâsim Çâ'id ibn-Ahmed ibn-Çâ'id, qâdhîo Toletano (+ 462). Agit hoc excerptum de Persis, Chal-

daeis, Graecis, Coptis, Turcis, Indis, Sinensibus, Arabibus et Judaeis (in quo loco Codex abrupte desinit).

Sunt 33 pp., a Turca, linguae Arabicae imperito, exaratae. Idem excerptum est in Mus. Brit. 281 (1).

DCCCXXXIII. (Cod. 1008 Warn.)

"شذور العقود، فى تأريخ العهود" sive compendium libri c. t. "المنتظم، فى تواريخ الامم", auctore Abu-'l-Faradj ibn-al-Djauzî (+ 597). Cf. H. Khal. IV, 19. In fronte Codicis falsus exstat titulus operis majoris, qua de re cf. de Jong in Cat. Codd. Orient. Acad. Reg. ad num. 102, qui alterum hujus compendii exemplar idque integrum continet. Noster enim Codex initium tantum continet a creato mundo usque ad Christum.

Codex anni nota caret, sed possessoris nota gerit annum 994, neque multo antiquior est. Sunt 32 folia.

Exceptis hisce duobus exemplaribus aliud non innotuit.

DCCCXXXIV. (Cod. 973 Warn.)

Pars Chronici c. t. "مرآة الزمان، فى معرفة الخلفاء والأعيان" auctore Abu-'l-Mothaffar Jusof, vulgo *Sibt ibn-al-Djauzî* (i. e. *filius filiae Ibn-al-Djauzii*) dicto (+ 654). In titulo hoc volumen *secundum* vocatur, agitque de regibus Persiae, de antiqua Arabum historia et de Mohammede.

Codex anno 729 non male exaratus est.

DCCCXXXV. (Cod. 88 Gol.)

Alia pars ejusdem operis, quae incipit in medio anno 479 et pergit usque ad annum 533 incl. Spissum volumen currente calamo exaratum est anno 734.

Al. volumina magni hujus operis: Paris. (de Slane) 1505, 1506; Mus. Brit. 279 (2); Bodl. (Uri) 294 (2), 679, 682, 723, 759; Bibl. Cureton (unum volumen); Goth. (Pertsch) 1556; Escur. 1639, 1640, 1641; Cid-Hammouda (p. 16); Mon. 937. Praeterea v. quae annotavit Pertsch ad Cod. Goth.

DCCCXXXVI. (Cod. 125 Gol.)

تَارِيخ اِبْنِ ٱلْعَمِيد. Elmacini i. e. al-Makîni (+ 672) historiae pars prior quae explicit in historia Heraclii. Pars altera, cujus editionem paravit Erpenius secundum Codicem ipsius, qui nunc servatur in Bibl. Univ. Cantabrig., paullo post mortem ejus anno 1625 Leidae prodiit. Codex anni nota caret.

Alii: Mus. Asiat. Petrop. (Rosen) 161, 191 (2); Vindob. (Flügel) 884; Mon. 367; Goth. (Pertsch) 1557; ceterum v. Pertsch ad Cod. Goth.

DCCCXXXVII. (Cod. 1954 = Amîn 231).

Hic Codex titulo destitutus et a fine mancus est. Quum autem initium supersit patuit nos hic habere alterum exemplar al-Makîni historiae et quidem voluminis II. Instituto examine suspicio omnino confirmata est. Codex noster usque ad mediam paginam 222 editionis Erpenii pergit.

Codex non male scriptus, sed antiquus non est. In primo folio manu Amîni false inscriptus est Compendium Tabarîi factum ab Abu 'l-Hasan Mohammed ibn Abd-al-Malik al-Hamadhâni (+ 521).

DCCCXXXVIII. (Cod. 533 Warn.)

مُخْتَصَر ٱلدُّوَل. Gregorii Abu-'l-Faradj (+ 685) Historia, a Pocockio edita. It. Beryti 1890 (edidit Salhani). Codex anni nota caret, sed initio saeculi noni scriptus fuisse videtur, quia manu scriptoris in fine adnotatum reperio, arcem Mâridîni ab al-Malik aç-Çâlih f. regis Iskander al-Ortokî traditam fuisse Emîro Jusof f. Emîri Karâ Mohammed anno 814 (800 certum est, 14 dubio obnoxium).

DCCCXXXIX. (Cod. 985 Warn.)

Alterum exemplar ejusdem libri. In fine nomen auctoris etiam Syriacis litteris scriptum est. Hic Codex similiter anni nota des-

titutus est, sed praecedenti antiquior est. In primo folio possessor Codicis describit pestem in urbe Mâridîn anno 1651.

Alia exempl.: Bodl. (Uri) 96, 97; Havn. 121; Palat. 117; Mon. 377; Mus. Brit. 931, 1222—23; Petrop. (Rosen, Collect. Scientif.) 37; von Kremer 6; Sprenger 54.

### DCCCLX. (Cod. 554 Warn.)

„ٱلْمُخْتَصَر فِى أَخْبَارِ ٱلْبَشَر“. Abulfedâi (+ 732) Annales.

Hic Codex, quo Reiskius ad suam editionem usus est, anni nota caret.

### DCCCLXI. (Cod. 851 Warn.)

Pars prior ejusdem operis (usque ad annum 402). Etiam hic Codex anni nota caret, sed praecedente multo recentior est.

Parisiis est exemplar ipsius auctoris jussu exaratum et ab eo correctum; cf. Cat. de Slane 1508—13. Alia: Bodl. (Uri) 686, 687, 689, 760, 765; Palat. 109, 110; Vatic. 272, 753—758; Escur. 1636, 1755; Mus. Brit. 281 (2) exc., 349 (1), 354, 1234, 1436 (5) exc.; compend. (لب لباب) Petrop. 115.

Editum est Constant. 1286 et abbreviata forma cum appendice Ibn-al-Wardîi Qâhirae 1285.

### DCCCLXII. (Cod. 1700*a* et *b*).

Duo haec volumina complectuntur historiam Damasci ab anno Hidjrae 709—718. Auctor imprimis hoc agit ut quavis mense annotet virorum celeberrimorum obitum ita ut magna necrologia dici possit. Statim comparet nos hic habere fragmentum magni operis sed nomen auctoris vel operis titulus non memorantur. Nec tamen difficile fuit majorem lucem afferre, nam sub anno 713 auctor memorat mortem filii carissimi Abu-'l-Fadhîl Mohammed ibn-al-Qâsim ibn-Mohammed ibn-Jusof ibn-Mohammad ibn-Jusof ibn-Mohammed al-Barzâlî. (Cf. Cod. 1700*a*, p. 260). Auctor libri itaque est celeberrimus ʿAlam-ad-dîn Abu-Mohammed al-Qâsim ibn-Mohammed ad-Dimaschkî vulgo *Barzâlî* dictus + 739. Cf.

Orient. II, 371. Habemus igitur fragmentum magni operis تاريخ البرزالى de quo vide H. Khal. II, 118.

Codex noster teste subscriptione prioris voluminis A. H. 752 tredecim annis post mortem auctoris scriptus est. Ceterum opus periisse videtur. Emtus est Codex Parisiis anno 1876 in auctione Perron n. 6.

Excerpta hujus operis continet Cod. Goth. (Pertsch) 1569. Continuatio ibid. 1758.

DCCCLXIII. (Cod. 1721 = Amîn 1).

تَـأْرِيخُ ٱلْاسْلَامِ auctore ad-*Dhahabîo* (+ 748). Pars quae hoc Codice continetur complectitur annos 241—350. Usque ad annum 300 omnia ex ordine sequuntur, deinde autem lacuna observatur, nam fol. 179 versatur in media sectione annorum 211—220 quae pergit ad fol. 189 r. Hanc excipit initium sectionis 220—230 ad fol. 190 v. Deinde sine introductione viri sectionis annorum 301—310 recensentur et pergit Codex ad annum 350. Est autem liber autographus, prima auctoris redactio (المسوّد), in qua nondum omnia in ordinem redacta sunt et forte nonnulla perierunt. Eximius valor hujus Codicis imprimis eo augetur, quod illa pars, quae continet annos 241—300 in bibliothecis Europae adhuc desiderabatur. Cf. Wüstenfeld, *Die Geschichtschreiber der Ar.* n. 410, p. 173. In fine hoc volumen dicitur tertium, ut quoque minio in fronte Cod. adscriptum est a possessore.

Numerus foll. est 245.

DCCCXLIV. (Cod. 428 Warn.)

Compendium magnae historiae ad-Dhahabîi c. t. تاريخ الاسلام, ab ipso auctore factum. Titulus in hoc Codice est: كتاب دول الاسلام على الولاء وخلفاء الامة وملوكها واعلامها تاليف الشيخ الامام الحافظ الحجة شمس الدين الذهبى قدس الله روحه ونوّر ضريحه والحمد لله وحده. Incipit a Mohammede et pergit usque ad annum 744.

Codex bene exaratus est anno 772; sed ipse librarius testatur, se hoc exemplar ex mendoso Codice descripsisse.

DCCCXLV. (Cod. 988 Warn.)

Idem liber. Titulus hic est: كتاب الدول مختصر من تاريخ الاسلام.
Codex anno 885 exaratus est.

Volumina magnae historiae ad-Dhahabîi et exemplaria compendii sunt in Bibl. Paris. (De Slane) 1580—83; supplem. ibid. 1598—1600; exc. ibid. 2074, 2076; Bodl. (Uri) 647, 649, 652, 654, 656, 659, 764, 803, 812, 843, 853 (1); cf. Doct. Lee 71 (ed. sec.); Goth. (Pertsch) 1563—65; supplem. ibid. 1574; Vind. (Flügel) 809 (comp.); Havn. 133; Mus. Asiat. Petr. (مع منتخب من ذيل السخاوى) (Rosen) 165; cf. Ambros. 238 et Escur. 1659; Cid-Hammouda (p. 15) (ذيلُ ذيل الذهبى); Argentor. (Spitta) 12; Mon. 378; Mus. Brit. 1636—41, comp. ibid. 1491; Sprenger 56 (exc.).

DCCCXLVI. (Cod. 320 (2) Warn.)

Appendix ad *magnum* opus historicum ad-Dhahabîi, qua exponitur de ingenti numero illustrium hominum (non tantum virorum, sed etiam feminarum), qui inter annum 701 ad 740 mortui sunt. Haec appendix ab ipso ad-Dhahabîo confecta, sed ab alio quopiam edita est; nam prima verba in nostro Codice post *bismillam* sunt haec: اخبرنى غير واحد مشافهةً وكتابةً عن الامام الحافظ الكبير شمس الدين ابى عبد الله محمد بن احمد بن عثمان ابن قايماز رحمة الله تعالى عليه قآل هذا مجلد مُلْحَق بتاريخ الاسلام شِبْهَ الذيل عليه فيه نحو من اربعين سنة اولها سنة احدى وسبعمائة; et praeterea in fine operis de viro agitur, qui anno 750 obiisse legitur; quum autem ad-Dhahabîum jam anno 748 mortuum fuisse constet, locum illum non ad-Dhahabîo sed operis editori tribuamus necesse est. Observandum etiam est, ad-Dhahabîum de paucis exposuisse, qui *post* annum 740 diem supremum obierunt.

Codex, 227 paginis constans, in urbe Mekka exaratus est

anno 875; puncta diacritica saepe desiderantur, sed textum valde emendatum esse, judicavit Weijers, qui de hoc libro exposuit in *Orient.* II, p. 179 seq.

DCCCLXVII. (Cod. 1957 = Amîn 234).

Hic Codex ab initio et a fine mutilus continet chronicon Arabicum agens de annis 261—304. Auctor primo breviter exponit de rebus politicis sub singulis annis et deinde copiose agit de viris doctis, poetis etc., qui illo anno mortui sunt. Continet plura quae in aliis libris ejusdem generis frustra quaeruntur, sed neque nomen auctoris neque libri titulus in Codice memorantur. Eum autem pertinere ad auctores recentiores mihi librum perlustranti patuit, quum v. g. laudatos viderim Dhahabî (+ 748), Ibn-Fadhl-allâh (+ 749) et aç-Çafadî (+ 764). Conjeci igitur auctorem esse Fakhr ad-dîn Mohammed *ibn-Schâkir* al-Kotobî (+ 764) et operis titulum esse عيون التواريخ, ad quam suspicionem confirmandam rogavi Vir. Clar. W. Pertsch, ut nonnulla verba e nostro Codice descripta conferre vellet cum Codice Gothano n. 1567, in quo etiam pars hujus chronici ab annis scilicet 297—337 continetur. Examine instituto suspicio probata est: Codices partes ejusdem libri continent.

Quod ad externum habitum Codicis attinet, bene scriptus est et satis antiquus videtur; puncta diacritica interdum desunt.

Alia exempl. hujus operis enumerantur apud Pertsch l. l. (Cat. Par. 1586, 1587, 1588, von Kremer n. 2). Damasci in Bibliotheca Kobbae Melik Thâhir (Cat. p. 84 n. 43—49) septem tomi hujus operis asservantur.

DCCCXLVIII. (Cod. 1722 = Amîn 2)

البِدَايَةُ والنِّهَايَةُ فِى التَّارِيخ auctore *Ibn-Kathîr* (+ 774). Exordium voluminis, quod hic habemus, usque ad fol. 67, versatur in exponendis prophetae privilegiis et honoribus, quae finem constituunt biographiae Mohammedis. Deinde f. 67 r. legimus hanc inscriptionem: كتاب تاريخ الاسلام الاول من الحوادث الواقعة فى الزمان

ووفيات المشاهير والاعيان تاليف اوحد الزمان ترجمان القران. Nomen auctoris deest, nam statim ipse textus incipit ab enarrandis iis, quae inde ab anno 11, postquam Abu-Bekr khalifa factus est, evenerunt usque ad mortem khalifae Othmâni. De libro ipso cf. praeter H. Khal. in v. Wüstenfeld, *Die Geschichtschr.* etc. n. 434 p. 184.

Codex noster subscriptione caret sed satis antiquus est, et ad nonum saeculum Hidjrae accedere videtur. Charactere neskhi scriptus est et foll. continet 249.

Al. exempl. Paris (de Slane) 1515—16; Goth. (Pertsch) 1568—69. Versio turcica Lips. 274—75. Cet. v. Pertsch ad Cod. Goth.

DCCCXLXIX. (Cod. 1526 (2) Testa).

Haec pars Codicis 1526 post *bismillam* hanc offert inscriptionem: فهذا مجموع من البداية والنهاية لابن كثير. Hic autem 35 paginarum libellus nihil continet praeter traditiones de Propheta ex Ibn-Kathîri opere excerptas. Recens est et male exaratus.

DCCCL. (Cod. 1350, 48 Gol., 1145 Warn., 1414, 1351)

Omnes hi Codices partes continent celebratissimae Historiae Universalis Ibn-Khalduni († 808). Ordiar a Codice 1350, quinque voluminibus formae maximae constante [1]). Hamakero rogante descriptus est Tuneti annis 1236—1242 (1820—1826) ex exemplari quod, ni fallor, in quadam illius urbis mosquea asservatur, magnoque pretio pro Bibliotheca emtus est quum totum Ibn-Khalduni opus continere censeretur. Sed aut exemplar Tunetanum, ex quo nostrum descriptum est, imperfectum est, aut librarius Tunetanus Hamakerum decepit; nam longe abest ut Codex 1350 opus Ibn-Khalduni absolutum contineat. Ipse Hamakerus animadvertit,

---

1) Tornberg anno 1840 dixit (in libro c. t. *Ibn-Khalduni Narratio de expeditionibus Francorum in terras Islamismo subjectas*, p. 5), Weijersium descriptionem nostrorum Ibn-Khalduni Codicum editioni parare. Certo affirmare possum, scripsit Dozy, Weijersium in animo quidem habuisse aliquando de iis referre, sed aliis negotiis impeditum fuisse quominus Codices nostros describeret atque adeo accuratius examinaret.

*secundam* tantum partem Historiae Berberorum illo contineri; hanc ob causam a Gråberg de Hemsö emtus est Codex 1351, *primam* Historiae Berberorum partem et secundae partis initium continens. Sed hoc Codice coëmto nondum fa im est ut *totum* habeamus opus; desideramus enim plus quam totum volumen, ut mox patebit. Caeterum Codex 1350 manu Africana, valde sibi constante, eleganter exaratus est, et modo ei sis assuefactus, lectu non est difficilis. Mendis scatet et haud paucis laborat lacunis, quas in suo archetypo se invenisse testatur librarius; sed absolutae singularum dynastiarum historiae subjunguntur in hoc Codice tabulae genealogicae, quae in Codicibus Parisiensibus desiderari videntur.

Primum volumen Codicis 1350 continet Prolegomena, quorum major pars exstat quoque in Cod. 48, qui desinit in initio capitis c. t.: فصل فى اشعار العرب واهل الامصار لهذا العهد; sed librarius suum apographum non continuavit, quia Codex quem describebat, pessimum offerebat textum; quod ipse testatur his verbis: وهذه القصيدة وما بعدها لما وجدناه (sic) فى غاية السقم تركنا كتابتهم وبهم يتم هذا الكتاب وكذلك جميع هذا المؤلف من اوله الى اخره فى غاية السقم وعدم الصحّة مِنْ كاتب نسخة الاصل فلا حول ولا قوة الا بالله. — Parvus Codex 1145 incipit a capite, quod Sacyus in primo Chrestomathiae volumine edidit. Sunt 37 paginae, currente calamo et punctis diacriticis saepe omissis exaratae.

Secundum volumen Codicis 1350 primum de variis nationibus harumque origine agit; tum de historia Arabum ante Mohammedem, cui intermiscetur historia Abrahami, الخبر عن ملوك بابل من النبط والسريانيين وملوك الموصل ونينوى من الجرامقة, deinde de historia Coptorum, Israëlitarum, Jesu Christi, ejus discipulorum et sectarum Christianarum, Persarum, Graecorum, Romanorum, Imperatorum Byzantinorum et Gothorum (imprimis Wisigothorum in Hispania). Tum transit scriptor (fol. 151 v.) ad Omaijadas, quorum historia hoc volumine absolvitur. Observandum igitur est, partem illam de Mohammede et de quatuor primis khalifis

agentem, quam ipse Ibn-Khaldun in Indice (Vol. II, fol. 6 v. et 7 r.) commemorat, in Codice nostro desiderari.

Volumen tertium agit de historia Abbâsidarum (cum Bagdâditum in Aegypto), Idrîsidarum in Africa (198 r.), τοῦ صاحب الزنج (208 r.), الخبر عن دعاة الديلم والجيل من العلوية وما كان لهم من الدولة بطبرستان للداعى واخيه أوّلًا ثم للاطروش وبنيه وتصاريف ذلك الى انقضائه (210 v.), de historia Obaiditarum (215 v.), cui subjungitur historia gentis Banu-Hamdun, principum al-Masîlae et az-Zâbi (243 r.), de Karmatis in al-Bahrain (244 r.), de Ismâilitis in Irâko, Persia et Syria (249 r.), de Ismâilitis ex Banu-'l-Hasan Mekkae (252 r.), de Hâschimitis ex Banu-'l-Hasan Mekkae (254 r.), de Banu-Katâda, Mekkae emîris, deque Banu-abî-Nomai (256 r.), de Banu-Mohannâ, Medînae emîris (258 v.) et de Banu-ar-Rassî Zaiditis Ça<sup>c</sup>dae (261 r.).

Volumen quartum agit de historia Hispaniae, nempe de praefectis, de Omaijadarum dynastia, de parvis dynastiis, de iis qui ab Almoravidis defecerunt, imprimis de Banu-Mardanîsch, de Ibn-Hud qui ab Almohadis defecit, de Banu-'l-Ahmar Granatae regibus, de regibus Christianis in Hispania; tum de iis qui Abbâsidarum imperium agnoscebant, nempe de Aglabitis in Africa (40 r.) et de historia Siciliae et Cretae, de iis qui in Jamana aut Abbâsidarum aut Obaiditarum imperium agnoscebant (54 v.), de Banu-'Okail in urbe al-Maucil (78 v.), de Mirdâsitis (87 r.), de Banu-Mazjad (90 r.), de Tulunidis (99 r.), de Banu-Marwân in Dijâr-Bekr (112 r.), de Çaffâridis 115 v.), de Sâmânidis (122 r.), de Banu-Seboktekîn (138 r.), de Turcis in Kâschgar (156 r.), de Guridis (161 r.), de Bujidis (173 v.), de Waschmegîr ejusque posteris (221 v.), de Mosâfiridis (225 v.), de Schâhînidis (229 r.) deque reliquis qui in al-Botaiha regnarunt, et denique de Banu-Hasnawaih (232 v.). — Jam quum volumen quintum idemque ultimum solummodo de historia Berberorum agat, certum est collato Indice (Vol. II, fol. 7 r.), complura inter volumen quartum et quintum desiderari, nempe historiam Seldjukidarum, gentis Khowârezm-Schâh, gentis Sa<sup>c</sup>mân (سعمان) in Khilâto et Armenia, Ortokidarum, Atâbekorum al-Maucili et

Halebi, Aijubitarum, Mamlukorum, Rasulidarum in Jamana, Tatarorum, Othmânorum caet.; quae tanta sunt ut totum volumen implere posse videantur.

De quinto volumine Codicis 1350 et de Codice 1351 (anno 1242 incomte exarato), qui Historiam Berberorum continent, non opus est ut exponam, quoniam hoc fecit de Slane in praefatione ad suam hujus partis editionem, ad quam nostris etiam Codicibus usus est. Addo itaque tantum, in fine Codicis 1350 exstare vitam Ibn-Khalduni, ab ipso scriptam, quam ἐπιτομῶς vertit de Slane in Diario Asiatico. — Codex 1414 continet initium narrationis de Zenâtensibus, ab Hamakero Latine versum (Hamak. Catal. p. 113, n. 11).

Aliae partes Ibn-Khalduni: Paris. (de Slane) 1517—35; Bodl. (Nic.) 124, 125; Mus. Brit. 934, 1237—38; Vindob. (Flügel) 815—16; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 172, 173, 174 (3 exempl. Prolegomenorum); Madr. 118, 550; Tubing. 345; Mon. 373. De Codice Prolegomenorum quem Acerbi Bibliothecae »di Brera in Milano" dedit, egit hic in *Biblioteca Italiana* (1831), tom. 61, p. 292 seqq. Versio Turcica Prolegomenorum est in Bibl. Caes. Vind. (Flügel) 1817—20 Praeter Historiam Berberorum quem anno 1847 edidit de Slane, deinde Gallice vertit, Quatremère edidit de Slane vertit Prolegomena annis 1858—68. Prolegomena deinde edita sunt Bulaki anno 1274 (1857), et totum opus ibid. anno 1284 (1867). Beryti edita sunt Proleg. annis 1284, 1289.

DCCCLI. (Cod. 32 (1) Gol.)

Chronicon Ibn-as-Schihnae (+ 815), c. t. „رَوْضُ المَنَاظِرِ، فى عِلْمِ الأَوَائِلِ والأَوَاخِرِ“; opus parvi momenti.

Sequuntur 4 paginae continentes excerpta ex Ibn-al-Djauzîi chronico de Abu-Dolaf conditore urbis كَرَج.

Codex anno 854 exaratus est. Alia exempl.: Mus. Brit. 283, 1239; Bodl. (Uri) 666 (1), 797, (Nic.) 145, 146 (1), 153; cf. Lee 35; Vindob. (Flügel) 821; Acad. Orient. Vind. 243; Havn. 124;

Vatic. 271, 276, 279; Escur. 1833; Wetzstein 10 (a); Paris. (de Slane) 1537—41, exc. ibid. 2212 (2).

DCCCLII. (Cod. 814 (3) Warn. fol. 99—181).

Titulus in Codice est: وفيات على ترتيب الاعوام للشيخ عبد الرحمن لحروفى، الوفاق الحنفى عملها فى دولة السلطان مراد خان ابن محمد خان بن يلدرم خان بمدينة بروسة من اول وفات سيد المرسلين الى عام سبعمائة; quibus verbis libri argumentum satis accurate indicatur. Incipit exile chronicon a verbis: الحمد لله الذى اطلع من سماء ذاته السبوحيه،, unde patet nos habere idem opus quod recensetur ab H. Khal. III, 221, sub titulo: درر فى الحوادث والسير. In praefatione auctor se ipse vocat Abd-ar-Rahmân ibn-Mohammed ibn-Alî ibn-Ahmed al-Bistâmî (+ 845); librum dedicat sultâno Morâdo, quem magnificis laudibus ornat, et in operis fine testatur, se illud anno 835 absolvisse.

Codex nitidus et recens est.

Simile opusculum ejusdem auctoris sed a nostro diversum recensuit Pertsch, Cat. Goth. n. 1738.

DCCCLIII. (Cod. 1723 = Amîn 3).

„عقْدُ الجُمَان، فى تأرِيخ أَهْلِ الزَّمَان" auctore Mahmud *al-'Ainî* al-Hanafî (+ 855). Cf. supra p. 10 descript. Cod. 1156. Est volumen secundum teste subscriptione Codicis quam integram h. l. describam quantum legi potest: تم الجزء الثانى من عقد الجمان فى تاريخ اهل الزمان للامام البدرى قضاى (sic) القضاة محمود العينى لحنفى تغمده (?) الله برحمته واسكنه فسيح جنته الرتع بخطّ الكريم يوم الجمعة اخر النهار العاشر من ربيع الاخر حجة ٨٢٥ ووافق الفراغ منه الثالث من اول فصل مهرجان (?) على يد كاتبه محمد بن عبد العالى الوفاى فى سابع عشر ذى قعدة الحرام عام ٨٨٨ من الهجرة النبوية فى ايام

العشرة, وقبل البعثة واو ... Initium Codicis versatur in historia Ibrâhîmi, deinde auctor pergit describenda historia Israelitarum et gentium, ut solent Arabes, usque dum in fine Codicis pervenit ad historiam antiquam Arabum.

Codex aqua laesus grave damnum passus est ita ut sine difficultate legi nequeat; de opere ipso cf. Wüstenfeld. *Die Geschichtschreiber etc.*, n. 489, p. 219; von Rosen, *Notices Sommaires etc.*, I, p. 120, n. 177.

Ab initio 9 folia interierunt; supersunt 229 folia.

Alii Codices hujus operis Paris. (de Slane) 1542—44; Petrop. (v. Rosen l. l.); Cantabr. (Prest. p. 1.); Lee 41 (ed. prim.); Escur. 723 (tom. I ut videtur). Versio Turcica auct. Monîrzâde exstat Constantin. in Bibl. Sultani Abd-al-Hamîd I, Cat. p. 118 n. 318—325.

## DCCCLIV. (Cod. 53 Gol.)

كِتَابُ ٱلْجُمَانِ، فِي مُخْتَصَرِ أَخْبَارِ ٱلزَّمَانِ" auctore Mohammed ibn-Alî ibn-Mohammed ibn-Hosain as-Schâtibî[1]), qui medio saeculo nono scripsisse videtur. Exile compendium historiae universalis, de quo cf. de Sacy in *Notices et extraits* II, p. 124 seqq. et de Slane in Catalogo Algeriensi p. 8.

Codex incomta manu Africana pessime exaratus est anno 1008. In charta involucro Codicis agglutinata est delineatio arboris balsami, cum amphoris in quos opobalsamum colligitur. Subscribitur البلسان.

Alia exempl.: Paris. 1545—49; Goth. 1575; Vindob. (Flügel) 911—12; Havn. 126; Alger. (p. 8); von Kremer 5; Madr. 122, 513; cf. porro Pertsch III, 205.

## DCCCLV. (Cod. 819 Warn.)

Exile compendium historiae Islâmiticae, in quo imprimis anni notati sunt quo viri docti obierunt. Vocatur وفيات الاعيان; incipit a morte Mohammedis et pergit usque ad annum 965. Divisum est in novem capita, quorum singula centuriam continent.

1) In libri initio est: الشطيبى, sed in fine الشاطبى.

Sub anno 959 memorat mortem »magistri mei et patris Maulâ Schams-ad-dîn Ibrâhîmi academici (المدرّس) filii, vulgo *Modarris-Zâdeh* appellati". Ipsius auctoris nomen non comparet, sed Constantinopoli vixisse videtur. Libri finis est: وفى سنة ٩٦٥ توفى المولى محمد بن حسام الدين كان حسام الدين من ابناء الروم ومن موالى محمد باشا ثم قرا وصار قاضيا ببعض البلاد وخلف ولده محيى الدين المذكور وقرا هو على علماء عصره منهم ابن كمال پاشا ثم صار مدرسا بالمدارس العالية ثم صار قاضيا بمدينة بروسا مرّتين ثم بأدرنة ثم مات قاضيا بقسطنطينية كان عالما فاضلا وكان له اطّلاع على علم الكلام ومهارة فى علم الفقه وكانت له ممارسة فى النظم واطّلاع على علم التواريخ والمحاضرات.

Codex subscriptione caret.

DCCCLVI. (Cod. 182).

„أَخْبارُ الدُّوَلِ، وآثارُ الأُوَلِ", auctore Abu-'l-Abbâs Ahmed ibn-Jusof ad-Dimaschkî (+ 1019), qui anno 1008 hoc opus composuit. Est notissima historia universalis, in praefationem et 55 capita divisa, cujus argumentum tradidit Rasmussen, *Annales Islamismi*, Praef. p. IV—VI. Idem l. l. p. 61—134 partem hujus libri Latine vertit.

Codex noster (502 foll.) anno 1016 bene exaratus est.

Emtus anno 1866 Londini e Catalogo Bernardi Quaritch (*Catal.* p. 36 n. 726).

DCCCLVII. (Cod. 1978 = Amîn 255).

Ejusdem libri alterum et pejus exemplar sordide exaratum anno 1201.

Alia exempl.: Goth. 1579 (fragmentum); Petrop. (Rosen, Collect. scientif.) 52—54; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 185, 186; Paris. (de Slane) 1556—59; Madrid 582; cet. v. Pertsch ad. Cod. Goth.

Editus est Qâhirae 1290 in marg. operis al-Kâmil auct. Ibn-al-Athîr. Lithograph. Bagdâd 1283.

DCCCLVIII. (Cod. 1992 = Amîn 269).

Secundum titulum hic Codex continet epitome (كتاب منتزع) »e chronico Christiani quod vocatur Dynastiae mundi" (دول العالم), et incipit verbis هذه فوائد منقولة من تاريخ النصرانى جعل فيه دول العالم عشرا (Cod. عسر) اولها دولة (Cod. دول) الانبياء وهى التى كانت قبل الطوفان وبعده الخ. Intelligitur Abu 'l-Faradji Historia dynastiarum; et epitome subsistit in loco ed. Pocock. p. 527 l. paen. Deinde Codex continet continuationem quae incipit in medio anno 892 et procedit ad medium annum 1160. Sed interrumpitur historia al-Mowaffaki (ed. Pocock. p. 273) a duobus fragmentis. Prius post bismillam et doxologiam incipit اما بعد فهذه نبذة لطيفة منتزعة من اخبار الفتن الحادثة على رؤس القرون من اول الاسلام الى عصرنا وسميتها الشئون فى حوادث القرون. Tantum initium hic habemus (11 pag.) agens de Khâridjitis tempore al-Haddjâdji. Alterum abrupte incipiens et desinens versatur in historia Hispaniae. Sunt 34 fol., quibus accedunt in fine voluminis 17, male ordinata et quae a primis fere annis saeculi secundi ad initium quinti procedunt. Laudantur saepe Ibn-Haijân, Ibn-Baschkowâl, alii et bis quoque Ibn-Khaldun.

Totus Codex sordide exaratus 152 fol. continet.

DCCCLIX. (Cod. 2021 = Amîn 298).

Codex duabus partibus constat quarum prior (18 fol.) 27 Redjeb anno 1245 scriptus a Mohammed ibn-as-Scheikh 'Atîya sine titulo aut introductione incipit: باب حاوى اسماء الشجعان من الصحابة وغيروا (sic) اسماء الجبنى من العرب وغيرهم. Hi viri intrepidi in tres classes dividuntur. F. 8 r. incipit caput alterum ذكر الجبن واخبار الجبناء وما جاء عنهم. Sed f. 10 traditiones continet de liberis parvulis, f. 11 incipit ومن ذلك ما حكى et est continuatio capitis de beneficentia et de laudatione grati animi. Pars altera est historia universalis, sed prototypus hujus Codicis mirificum in modum turbatus fuisse videtur, nam incipit abrupte versiculis quos recitasse fertur Abdallah ibn 'Abbâs quum al-Hosain Mekkâ egressus

est versus Irâkum, et deinde statim transit ad Abu Moslim, as-Saffâh et eversionem Omayadarum et hinc transit ad Moâwiam et alios khalîfas hujus dynastiae. Invenimus alicubi titulum الباب الباب الثالث فى الدولة العبيدية, alibi الثانى فى ذكر الدولة العباسية المسمّين بالفاطميين بالمغرب, quod vero incipit brevi mentione Omaijadarum in Hispania et deinde subito transit ad annum 1076 ex historia Scherîforum Mekkae. Caput quartum de Aijubidis, quintum de Turcomanis, sextum de Djârkassiis in Aegypto et Syria agit, septimum, sed hujus titulus et initium desiderantur, de Scherîfis Mekkanis. Hoc caput in mense Scha<sup>c</sup>bân anni 1102 (1691) subsistit. Accedunt primum narrationes historicae e genere الفرج بعد الشدّة quae forte ad priorem Codicis partem pertinent; deinde caput de templis et locis sacris. Haec pars Codicis quae priore fere decies major est, ab eodem scriba 12 Scha<sup>c</sup>bân anno 1245 absoluta est.

De auctore nihil affirmare possum nisi eum fuisse civem Mekkanum et sub finem saeculi undecimi et initium duodecimi floruisse. Carmina quae ipse dixit in reditum Scherîfi Ahmed ibn-Zeid ex itinere Constantinopolitano anno 1087 (1677) non leguntur in libro al-Mohibbîi (*Kholâsat al-athar*, I, ١٩١, seqq.); hinc igitur lux obtineri nequit. Sub anno 1084 in margine legimus قف انظر اسم وفيها — مولانا السيد مصنف هذى الكتاب بعينه, sed textus habet حمود بن عبد الله هو ومولانا الذى صنف هذى الكتاب برسمه وشرّف بشريف لقبه واسمه الشريف احمد بن غالب متع الله بحياته, unde tantum docemur librum compositum esse jussu Scherîfi Ahmed ibn-Ghâlib hujusque nomini dicatum.

Codex incomte sed satis perspicue exaratus est.

## DCCCLX. (Cod. 787 Warn.)

Titulus in Codice est: ما رواه الاساطوين فى تاريخ ولادة سيد المرسلين، والخلفاء الراشدين، والملوك والسلاطين". Auctor vocatur Scheikh Ma<sup>c</sup>tuq (معتوق) Hanafita, شيخ القرافتيين. Est exile compendium Historiae Islâmiticae, inde a Mohammede usque ad

imperium Ahmedis Pâschâ in Aegypto, anno 1024. Post enumerationem autem khalifarum usque al-Mostandjid, totum versatur in historia Aegypti.

### 3. HISTORIA MOHAMMEDIS.

### DCCCLXI. (Cod. 1966 = Amîn 243).

Fragmenta biographiae Prophetae secundum editionem Ibn-Hischâmi (+ 213) e redactione Abu-'l-Qâsimi ibn-al-Maghribî (+ 418). Continet Codex ex edit. Wüstenf. p. ٣٥٠, 4 a f. — ٣٥٨ paen.; ٧٠٣, 1—٧٢٧, 1; ٨٩٩, 8 a f. — ٩٣٩ ult.; ٥٨٣, 5 a f. — ٥٩٢, 3; ٩٩٨, 6 a f. — ٩٧١, 5; ٧٤١, 11—٨٨٥, 4; ٦٩٣, 2 — ٧٠٠, 10. Ad calcem hujus loci, in ultimo Codicis folio, legitur اخِر المُجَلّد الثانى من سيرة النبى صلعم يتلوه فى الثالث ان شاء الله تعالى ما قيل من الشعر فى امر الخندق وبنى قريظة وذلك على يد العبد et sic abrupte desinit. Porro in margine est h. l. finem esse partis 20mae e divisione Abu-'l-Qâsimi quae 30 partibus constabat. Ad alios quoque locos in margine legimus quota pars absoluta est divisionis Abu-'l-Qâsimi, quota Ibn-Hischâmi, quae 20 partibus constabat. Exemplar itaque ad quod haec fragmenta pertinuerunt, constitit tribus tomis, singulis 10 partes Abu-'l-Qâsimi operis continentibus.

Codex antiquus et bene scriptus est cum vocalibus. Cum altero Codice collatus est et praeterea in margine multae glossae sunt e Sohailîi (+ 581) opere روض الانف.

Infeliciter Schaikhus Amîn in fronte Codicis annotavit سيرة ابى القاسم بن المغربى.

Praeter exemplaria quibus usus est Wüstenfeld (v. edit. ejus p. XLVIII—LV), memoranda sunt: Paris. 1948—1950; Damasc. (Melik Thahir) Cat. p. 31.

### DCCCLXII. (Cod. 482 Warn.)

Inscribitur مُخْتَصَرُ سِيرَةِ رَسُولِ اللّٰهِ صلعم لابن هشام عن ابن اسحاق.
Est Vita Prophetae, ab Ibn-Hischâm composita, sed in hac re-

dactione, ab ᶜImâd-ad-dîn Abu-'l-ᶜAbbâs Ahmed ibn-Ibrâhîm ibn-ᶜAbd-ar-Rahmân al-Wâsitî (+ 711) facta, omissa sunt traditionariorum nomina, carmina quaedam et nonnulla capita quae de historia ante Islâmum agunt. Cf. Wüstenfeld p. XLVI et L seq., qui Codice hujus compendii e libris Ewaldi usus est.

Codex anno 707 exaratus est.

DCCCLXIII. (Cod. 2008 (5) = Amîn 285).

Excerpta ex Ibn-Hischâmi سيرة رسول الله. Sunt 16 paginae currente calamo scriptae.

DCCCLXIV. (Cod. 370 Warn.)

Abu-'l-Qâsim as-Sohailî (+ 581) scripsit librum (الروض) روض الانف فى شرح غريب السير, ut difficultates in biographia Ibn-Ishâqi explicaret et tolleret. Exemplaria hujus operis adservantur in bibliotheca Parisiensi 1960, 1961, 1962, 1963; in bibliotheca Berolinensi (Ahlw.) 9564, 9565; Argentor. (Spitta) 8; Lips. (Ref.) 226; Mus. Brit. 1276, Suppl. 504—7; Damasc. (Bibl. Melik Ṭhahir Cat. p. 81) et apud Brill (Houtsma) 100. Compendium auctoris c. t. الاشارة الى سيرة المصطفى واثار من بعده من الخلفاء est in Bibl. Monac. 448. Cf. etiam H.-Khal. III, p. 486 et Wüstenfeld in introd. ad edit. Ibn-Hischâmi p. XLVI seq. In hunc autem librum Commentarium plerumque polemicum composuit ᶜAlâ-ad-dîn Mogletâi ibn-Qalîdj (مغلطاى بن قليج) Turca Aegyptiacus (+ 762), quem divisit in 24 sectiones (جزء), quarum tomus prior continet 13. Post doxologiam incipit his verbis: اما بعد فانى ذاكر فى هذا الكتاب نبذا من الشرح المسمى الروض الانف تاليف السُهيلىّ محتوية على اكثر من عشرين فنّا من علوم السيَر فمنها ما ذكره ابن اسحق من غير رواية البكائىّ مما فيه زيادة وتبيين ما فى الحديث ممّن اتّهم فى روايته ومنها ما ذكره ابن اسحق من طريق ضعيفة ولها طريق صحيحة ومنها آلخ.

Titulus autem quo librum suum ornavit est الزَّهْرُ الباسِم فى سِيَرِ ابى القاسِم.

Codex, duos tomos complectens, spissum volumen est anno 847 exaratum ab Ahmed ibn-Alî ibn-Sa'îd as-Schâfi'î, qui illum descripsit e Codice scripto a celeberrimo Ibn-Hadjar (+ 852) ut annotatione in primo folio patet.

DCCCLXV. (Cod. 322 (1) Warn.)

"الوَفَا، فِى فَضَائِلِ ٱلْمُصْطَفَى". Historia Mohammedis auctore Abu-'l-Faradj Abd-ar-Rahmân ibn-Alî *ibn-al-Djauzî* (+ 597).

Primus liber (46 capita) agit de iis quae ante Mohammedem natum acciderunt; de prophetiis quibus ejus adventus praedictus est caet., et de iis quae egit antequam Prophetam se declarasset. In libro secundo (35 capita) historia Mohammedis usque ad Fugam enarratur; in tertio (20 capita) de ejus exilio Medinensi agitur; in quarto (31 capita) ejus miracula exponuntur; in quinto (11 capita) demonstrat auctor. Mohammedem reliquis Prophetis antecellere; in sexto (31 capita) partes ejus corporis describuntur; in septimo (12 capita) animi indoles et ingenium ejus describitur virtutesque enumerantur; in octavo (26 capita) describuntur ejus mores et studia; in sequentibus libris de reliquis prophetae virtutibus deque ejus praestantia, quam variis in rebus monstraverit, agitur, inque iis sermo est praeterea de armis quibus utebatur, de ejus expeditionibus bellicis, de epistolis quas ad principes scripsit, de legationibus ad ipsum missis caet. Enarratur denique reliqua ejus historia, agiturque de rebus futuris.

Codex, 172 foliis formae, quae in folio dicitur, minoris constans, anno 846 exaratus est. Aliud exemplar mihi non innotuit. Excerpta conservat Bibl. Berol. (Ahlw.) 1447.

DCCCLXVI. (Cod. 340 Warn.)

كتاب "عُيُونِ ٱلأَثَرِ، فى فُنُونِ ٱلْمَغَازِى وَٱلشَّمَائِلِ وَٱلسِّيَرِ" auctore Abu-'l-Fath Mohammed ibn-Mohammed ibn-Mohammed ibn-Ahmed ibn-Abdallah *Fath-ad-din ibn-Saijidi-'n-nâs* al-Ja'mori ar-Rab'î (+ 734). In introductione tractatur veracitas tum Ibn-Ishâqi, tum Wâqidîi, cujus partem edidit Wüstenfeld in praefatione ad

suam editionem Ibn-Hischâmi. In fine commemorantur catenae doctorum, quibuscum auctor libros quos fontes adhibuit, perlegit. Cf. Cat. Goth. (Pertsch) III, 365 necnon Wüstenfeld, *die Geschichtschreiber* n. 400.

Codex antiquus et satis bonae notae est, licet hic illic verbum omissum sit, aut levis corruptela irrepserit, ut mihi patuit collatis iis quae Wüstenfeld edidit. Interdum tamen quoque lectionem meliorem affert quam Codices quibus hic usus est. Subscriptio testatur eum cum archetypo fuisse collatum. Sunt 198 foll. Anni nota deëst.

DCCCLXVII. (Cod. 1965 = Amîn 240).

Ejusdem operis volumen primum anno 1119 exaratum. E magna parte non amplius legi potest, quum atramenti acritas chartam absumpserit.

Al. ex.: Gotha 1784—1787; Paris. 1967, cf. ibid. 1968, 1969; Berol. (Ahlw.) 9577—78; Mus. Brit. 355, Suppl. 512; Calcutta 920; Argent. 18; Inst. or. Petrop. (Rosen Coll. Scientif.) 40; Brill 102.

DCCCLXVIII. (Cod. 1962 = Amîn 239).

„نُورُ العُيُونِ فى تَلْخِيصِ سِيرَةِ الأَمِينِ المَأْمُونِ" auctore eodem Ibn-Saijidi-'n-nâs. Est compendium libri praecedentis. Alia exemplaria enumeraverunt Pertsch et Wüstenfeld l.l. Add. e Mus. Brit. (Suppl.) 1217 (10).

Codex 20 foliis constans anno 1084 exaratus est.

DCCCLXIX. (Cod. 1964 = Amîn 241).

مختصر سيرة النبى auctore ʿIzz-ad-dîn Abû-Amr [1]) *ibn-Djamâʿa* + 767. Cf. Wüstenfeld, *Die Geschichtschreiber* etc. n. 428, Loth, Cat. Ind. Off. n. 1038 (7). Praecipue secutus est Scharaf-ad-dîn Abd-al-Mûmin aç-Çâlihî ad-Dimjâtî (+ 705, v. H. Khal. III, 635).

---

1) Ita Loth; Wüstenfeld: Abu-Omar. In titulo أبو محمد.

Codex noster satis antiquus est sed anni nota caret. Secundum Landberg una *korrâsa* foliorum periit, sed revera nihil desideratur.

DCCCLXX. (Cod. 1961 = Amîn 238).

نَظْمُ الدُّرَر، فى المَغازِى والسِّيَر» sive الأَلْفِيَّةُ فى السِّيرَةِ النَّبَوِيَّة auctore Zain-ad-dîn Abd-ar-Rahîm ibn-al-Hosain noto nomine *al-Irâqî* † 806. Cf. H. Khal. VI, 358. Idem auctor plura carmina ejusdem generis composuit. Cf. H. Kh. I, 416, III, 215, Cat. Goth. (Pertsch) n. 1794.

Codex perspicue exaratus anni nota caret sed recens est. Alia exemplaria Berol. (Ahlw.) 9584—87; Lips. (Ref.) 261; Esc. (Derenb.) 446 (comment.)

DCCCLXXI. (Cod. 1728 = Amîn 190).

كتاب إمْتاع الأَسْماع، بما للرَّسُول من الأَنْباء والأَحْوال والحَفَدَة والمَتاع»

auctore Ahmed ibn-Alî ibn-Abd-al-Qâdir ibn-Mohammed *al-Maqrîzî* († 845) de quo opere cf. H. Khal. I, 434 et Pertsch, Cat. Goth. III, 390, n. 1830. Longum autem abest, ut totum opus hic possideamus, Codex enim noster nonnisi fragmentum libri, teste H. Khal. sex volumina comprehendentis, continet et quidem exordium. Quum liber parum innotuerit describam, quae auctor post doxologiam praefatus est: وبعد فغير جميل بمن تصدّر للتدريس والافتا، وجلس للحكم بين الناس وفصل القضا» ان يجهل من احوال رسول الله صلعم ونسبه، وجميل سيرته ورفيع منصبه» وما كان له من الامور الذاتيّة والعرضيّة ما لا غناء لمن صدّقه وآمن به عن معرفته، ولا بدّ لكلّ من اتّسم بالعلم من درايته» فقد ادركنا وعاصرنا وصحبنا ورأينا كثيرا منهم عن هذا النبا العظيم معرضون، ولهذا النوع الشريف من العلم تاركون، وبه جاهلون» فجمعتُ فى هذا المختصر من احوال رسول الله صلعم جملة ارجو ان تكون ان شاء الله كافية، ولمن وفقه الله سبحانه من داء الجهل

شافيه،، النقط كتابا جليلا وبابا من امّهات العلم مجموعا كان له عُنْمه (غُنْمه .l) وعلى مولفه عزمة (غُرْمه .l) وكان له نفعه وعلى صاحبه مَنْجده مع تعرضه لمطاعن البغاة ولاعتراض المناكسين ومع كونه عُقلة الكؤود ضياء العقول الفارغة ومصاب على الفئة الماردة وتحكيمةٌ فئة المتناولة والحسدة ومع ذلك فقد سميته امتاع الاسماع.

Meliora edocti essemus de libri scopo et ambitu, si index argumenti, qui in Cod. praecedit totum opus amplecteretur, sed tantum fragmentum est, itaque quae descripsi sufficiant. Si Cod. Goth. revera idem opus continet hic plura docebit.

Codex noster nonnisi 17 folia continet quorum tria pertinent ad indicem et varias annotationes ex libro nescio quo desumptas. Fol. 4 r. continet titulum libri et in fine adscriptum est cum annotatione بخط المؤلف praeter alia: ابتدأت فيه يوم الجمعة اخر شهر ربيع الاخر سنة ٨٣٢ يسّر الله بفراغه فى عافية بلا محنة.

## DCCCLXXII. (Cod. 1965 = Amîn 242).

السيرة etiam كتاب سُبُلِ الهُدَى والرّشاد، فى سِيرَة خَيْرِ العِبَاد،، appellatus, سيرة الشامىّ (in involucro Codicis exteriore) et الشاميّة auctore Abû-Abdallah [1]) Mohammed ibn-Jûsof ad-Dimaschqî aç-Çâlihî as-Schâfiʿî + 942. Cf. H. Khal. III, 580, Wüstenfeld, *die Geschichtschreiber* n. 517.

Codex noster primum libri tomum continet; volumen sequens secundum subscriptionem incepit ab historia ascensionis prophetae. Est sane opus ingens nam continet circa 2000 capita, in sectiones (جماع ابواب) divisa, quorum index non minus quam 27 folia implet! Scriptura nitida est (neskhî), anni nota 993.

Volumina operis sunt Paris. 1987—1996; Gotha (Pertsch) 1796, 1797; Mus. Brit. 1278; Escur. Casiri 1679; Const. Raghib Pascha 1018—19.

---

1) Pro Abû-Abdallah in titulo male Abdallah ibn.

DCCCLXXIII. (Cod. 1725 = Amîn 229).

„تأريخ الخميس، فى أحوال أنفس [1]) النفيس“, auctore Hosain ibn-Mohammed n-Hasan *ad-Dijârbekrî* (+ 962) [2]). Opus notissimum post editionem Qâhirensem (1283 H.) et jam saepius in Catalogis descriptum. Cf. Cat. Vindob. II, 345, Goth. ad num. 1798. Hic Codex ingens volumen in folio integrum opus continet et explicit in regno Selimi I (+ 926) ut Codd. Vindob. 1177 et Paris. 1980.

Bene exaratus est anno 1079.

DCCCLXXIV. (Cod. 1687).

Ejusdem libri alterum exemplar quod tribus constat tomis in 4⁰, quorum 1us (f. 1—272) continet introductionem, 2us (f. 273—673) fulcimenta (ركن) duo priora et tertii partem priorem usque ad finem habitaculi (موطن) quarti, 3us denique (f. 674—1187) reliquam operis partem, excepto habitaculi quinti e fulcimento tertio initio, quod desideratur. In hujus exemplaris ita ut in seq. num. epilogo usque ad mortem Selîmi II (anno 982) res breviter narrantur. Tres hi tomi descripti sunt anno 1857 ab Anglo quodam (litterae initiales ejus nominis sunt G. H.) e Codicibus Blandii; qua de re sequentia in initio tomi primi leguntur: »This MS. is a transcript from a MS. belonging to N. Bland Esq. of Randall's Park, Surrey — which MS. is in 2 Vols. 4⁰ et 1 Vol. folio — 3 Vols. in all. The two 4os, are well written — but very inaccurate. — The folio is coarsely written, with the lines so close together that the diacritic points of the upper line are intermingled with the diacritic points of the under line. The upper corner of this folio has been wet —, is consequently damaged by the running of the ink and by offsets. This transcript is a close copy of the original MS. with all its faults — many obvious as they often are. To correct faults from mere conjecture, without the authority of any other MS. is too often merely the addition

1) Male in titulo Codicis sequentis et apud H. Khal. III, 177 النفس, et نفس in praefat. Cod. seq et apud Pertsch III, 372 n. 1798.

2) Ita in titulo Codicis sequentis. H. Khal. III, 177 habet 966 (960 cf. VII p. 717).

of a new corruption, to fresh departure from the original text. The only true and safe remedy for a corrupted text is the formation of a correct text by the collation of other MSS. — when they *can* be *procured.* It is perfectly possible, that this transcript, having been very often a hasty one, has added new errors of its own, — only to be removed by a critical and leisurely perusal, if I should ever have the time, or by a collation with some other MS., if I should ever have the opportunity. G. H. 1854."

Duo illa volumina in 4º, unde duo priores nostri exemplaris tomi descripti sunt, teste subscriptione (in fine tomi 2^di^) anno H. 1198 exarata erant. Volumen illud in folio, cujus apographon exhibet ultimus nostri exemplaris tomus, est ipse Codex sequens. Hinc igitur nobis patere potest, quomodo scriba Anglus officio suo functus sit. Et reverâ Codices suos, qui textum minime accuratum exhibent, in universum presse secutus esse videtur, licet non pauca exempla adsunt novorum mendorum, quae ipse, ut jam suspicatus erat, commisit. Speciminis instar textum Codicis seq. 1889 (A) et apographi nostri (B) conferam cum textu ab Otto von Platen *Geschichte der Tödtung des Chalifen Omar*, p. 8 l. 3 seqq., e Codd. Gothanis edito (C): l. 4 C لقائم وما, A et B لقا رما — l. 6 et C. وقال. A et B قال — l. 8 C الاول, A et B medius الاولى — l. 10 C فطار العلج بسكين, A et B كبر فطار الكلب — l. 13 C طرح, A et B فارخ — l. 14 C اقي عمر عند ما سقط A et B عمر ما سقط في — l. 17 C et A وحمل, B وحل — p. 9 l. 1 C عمر, A et B عمار — l. 4 C منيتي بيد رجل A et B مبنتى برجل — l. 9 C عليه, A et B melius اليه — l. 10 C واوعدني, A et B ووا‌عدني — l. 11 C et A كعب B لعب; sic l. 12 C et A لميت B الميت, l. 14 C et A الطبيب B الطيب et l. 16 C et A مشكلا B مشكا — l. 14 post مشكلا haec verba inserunt A et B, quae in C desiderantur: فقال اسقوه لنا فخرج من جوفه ابيض فعرفوا انه ميت (sic) — l. 15 C تريد A et B فاعلا.

Emtus anno 1865 Londini e Catalogo Bernardi Quaritch (*Catal.* p. 37 n. 739)

## DCCCLXXV. (Cod. 1688).

Posterior pars operis praecedentis, de quo vide sub n. praec. Scripta est regnante Sultano Morâd III (982—1003). Postquam

enim librarius in fine libri mentionem fecit mortis Selîmi anno 982, haec verba addit: وتسلطن ولده السلطان مراد خان نصره الله في التاريخ. Anno 1023 exemplar nostrum transiisse legitur in potestatem cujusdam Hanafitae.

Ejusdem originis ac num. praeced. (v. *Catal.* p. 37 n. 740).

Alia exempl.: Goth. 1798—1800; Caes. Vind. 1177 et 1178 (apud Flügel Cat. II, p. 343—345; Inst. Or. Petr. (Rosen, Coll. Scient. 48, 49); Mus. Brit. 922, 923, 1279, Suppl. 517—18; Berol. (Ahlw.) 9467—68; Paris. 1980, 1983; Constant. Fatihîe 4347—4351, Köpr. 1035; Monac. 49; Havn. 130—132. Cf. etiam *J. Asiat.* 1854, Oct. Nov. p. 434 n. 11.

DCCCLXXV. (Cod. 1708, 1709, 1710, 1711).

السّيرة الحلبيّة sive "انسان العيون، في سيرة الأمين المأمون" (سيرة الحلبي) auctore Alî al-Halabî († 1044), quod opus anno 1280 (et 1292) Qâhirae typis impressum est. Ceterum cf. Cat. Mus. Brit. ad n. 924 et Cat. Goth. ad num. 1801, etc. Haec quatuor volumina integrum opus continent sed recentiore aetate, anno nempe 1143, exarata sunt.

Passim vermibus charta perforata est.

Codices anno 1880 Beryti empti sunt.

DCCCLXXVI. (Cod. 1465).

Tomus tertius ejusdem libri. Incipit in mediâ sectione de expeditionibus, et quidem expeditione contra Banu-Lihjân, et ad finem totius operis pergit.

Codex anno 1076 currente calamo exaratus est.

Al. exempl.: Goth. 1801—1805; Paris. 1999—2005; Berol. (Ahlw.) 9604—9611; Monac. 449—451 (apud Aumer *Cat.* p. 185 seq.); Lips. (Ref.) 129, 130, 210; Brill (Houtsma) 104; Cant. (Browne) 84—86; Calcutta p. 2; Kasan 21; Mus. Brit. (Suppl.) 1274—76 cf. 606; Const. Aschir-Eff. 599, Fatihîe 2978—79. Versio libri Turcica anno 1833 prodiit Qâhirae (Zenker I, p. 118 n. 965).

Emtus anno 1865 Londini e Catalogo Bernardi Quaritch (*Catal.* p. 39, n. 76?).

## DCCCLXXVII. (Cod. 1907 = Amîn 178).

Continet hic Codex descriptionem et delineationem auro et rubro 'ctam solearum prophetae sed titulo destitutus est. Auctor sese appellat Mançûr ibn-Abd-al-Wâhid as-Sûsî. Secundum Schaikh Amîn compendium est libri „فَتْح المُتَعال، فى وَصْف النّعال“ dicti, quem Ahmed ibn-Mohammed al-Maghribî *al-Maqqarî* + 1041 hac de re composuit. Cf. H. Khal. IV, 376 n. 8881. Auctor post editionem libri *Analectes sur l'histoire et la littérature des Arabes d'Espagne* notissimus; vita ejus quoque exstat in libro Kholâçat al-Athr I, 304. Certum quidem est librum al-Maqqarî multo plura continere quam hoc nostrum compendium, nam notitia de eo exstat in Cod. nostro 1969 fol. 44 ubi auctor narrat anno 1066 apographon libri in provinciam Jaman esse pervulgatam. Legimus enim l.l.: وفيها وصلت الى اليمن نسخة من كتاب فتح المتعال فى مدح النعال للشيخ العلّامة احمد بن محمد المقّرىّ التلمسانىّ الاصل والمولد الفاسىّ الدار نزيل القاهرة المحروسة وكان قد وصف قبله فى ذلك ابن عساكر والشَّبّيبِنىُّ والبُلْقينىّ لكنه اوعب فيه ما يتعلّق بالنعال الشريفة وما قيل فيها من المدح اللطيفة وانجز كلامه الى اطراف تقتضى بسعة اطّلاعه ورتّبه على فاتحة فى معنى النعل والقبال والشراك والشسع وما يناسب ذلك وابواب الاول فى بعض ما ورد فيها من الاحاديث وتفسير الفاظها وما يتبع ذلك والثانى فى صفات المثال العظيم البركات وما يتّصل بذلك والثالث فى ايراد نبذة من المقطّعات والقصائد المقولة فيه وما يتّصل بذلك والرابع فى سرد جملة من خواصّها وخاتمة فى زبد مما يتعلّق بها وما يتّصل بذلك ووقع نظرى على نسخة من هذا الكتاب مثل فيها النعال الشريف بالذهب الاحمر الخ. Ex quibus verbis sat superque patet, nostrum librum tantum continere aliquot excerpta ex hoc libro, si quae necessitudo inter utrumque exstat, quod adhuc dubium est. Libellus incipit fol. 2 v. sed praecedit inscriptio rubro

picta (in fol. 1 v. et 2 r.) qua docemur illum compositum esse jussu Abu-'l-Abbâsi Ahmed ex urbe Tetuan (التطاونى). Cf. Landberg Catal. p. 47. Catenam traditionis de hisce soleis, ipsam etiam beneficam, auctor accepit a Schaikho suo Abu-'l-Hasan, qui dixit اخبرنى الشيخ الصالح امين الدين ابو اليمن عبد الصمد بن عبد الوهّاب بن عساكر قال اخبرنى جدّى الشيخ ابو البركات الحسن ابو (sic) محمّد بن الحسن بن هبة الله قراءة عليه الخ

Codex 12 foliis exstans charactere maghribino exaratus est sed quo anno non dicitur.

Liber Maqqarîi exstat Lipsiae, *Ref.* 402 et Constantinopoli Aia-Sophia 3337, Nur-i-Othmânîe 3397; fragmentum ejus Berolini Ahlw. 2595.

## DCCCLXXVIII. (Cod. 1976 = Amîn 253).

Fragmentum 8 foliorum alicujus operis biographici argumenti de propheta continens epistolas quas Mohammed scripsisse dicitur et initium capitis de iis qui legati ad eum venerunt. Auctor imprimis laudat verba Wâqidîi et Ibn-Ishâqi, semel Ibn-Sîda (+ 458), semel al-Dâraqotnî (+ 385) citatur, sed ad quemnam librum hoc fragmentum pertinuerit non liquet. Est igitur parvi momenti; scriptura fortasse ad saeculum septimum pertinet; antiquior mihi non videtur.

## DCCCLXXIX. (Cod. 1960 = Amîn 237).

In fronte hujus Codicis legitur كتاب الاسراء et revera in eo agitur de ascensione prophetae, sed in fine subscriptio testatur primam tantum partem libri absolutam esse (تمّ القسم الاوّل). Auctor in praefatione hoc confirmat dicens se librum suum dividisse in duas partes: وقد جعلناه قسمين احدهما يشتمل على الفضائل المتلوّات المجلوّات والآخر يشتمل على الوقائع والغزوات. Sunt 47 folia formae in folio minoris. Incipit: سبحان الذى اسرى بعبده ليلا من المسجد الحرام الخ

Qui libri auctor sit et quo anno Codex in Jamano exaratus fuerit, non patet; possessoris nota in fronte scripta est anno 1182, nec multo antiquior videtur.

DCCCLXXXI. (Cod. 2007 = Amîn 284).

قصّة خِطْبَة النّبىّ صلعم للسيّدة خديجة بنت خُوَيْلد وزواجه

بها صلعم sive historia matrimonii prophetae metro redjez composita ab anonymo quodam ex urbe Baälbek Syro. Est ejusdem generis libellus ac Cod. Goth. n. 1820 apud Pertsch. Incipit:

الحمد لله الجليل ذو الكرم مهلك عادًا وثمودًا والامم

In ipso carmine tria carmine sub finem inseruntur, metris khafîf, basît et kâmil.

Sunt 15 folia anno 1088 exarata.

DCCCLXXXII. (Cod. 786 (7) Warn.)

كتاب المعْراج للنبىّ صلعم, auctore anonymo. Auctoritate Ibn-ʿAbbâsi historia haecce narratur. Initium: روى عن ابن عبّاس رضهما انه قال قال رسول الله صلعم بينما انا نائم فى منزلى بمكّة اذ جاءنى جبْريل عمّ الخ.

Tractatus nitide scriptus anni nota caret. Sunt 22 folia.

4. HISTORIA EXPUGNATIONUM.

DCCCLXXXIII. (Cod. 430 Warn.)

كتاب فتوح البلدان auctore Abu-'l-Abbâs Ahmed ibn-Jahjâ ibn-Djâbir *al-Belâdhorî* († 279), de quo vide introductionem ad editionem meam anno 1866; praeter hunc Codicem usus sum Codice Musei Brit. Tertius postea repertus est optimae notae quem possidet Comes de Landberg.

## DCCCLXXXIV. (Cod. 1629).

Hamakeri versio Latina al-Belâdhorî, usque ad caput 47 (quod de expugnatione Alexandriae agit).

## DCCCLXXXV. (Cod. 343 Warn.)

كتاب المغازي auctore Abu-'l-Qâsim Abd-ar-Rahmân ibn-Mohammed ibn-Abdallah ibn-Jusof *ibn-Hobaisch* [non *Hobais*, ut perperam scripsit Hamakerus, *Spec. Catal.* p. 56, 57 neque *Habîsch*, ut dedit Ahlwardt in Catal. IX, 221, vid. e. g. Ibn-al-Abbâr, *Tekmileh* n. 1617 (Bibl. Ar. Hisp. ed. Codera VI, ٥٧٣) et Maqqarî II ٩٢٩] al-Ançârî; de quo auctore, anno 584 mortuo, praeter Casirii locum, jam ab Hamakero (p. 57) citatum, cf. de Gayangos, *History of the Mohammedan Dynasties in Spain*, II, p. 312. Ex Indice Hispanorum qui in opere c. t. تكملة الديباج (auctore Ahmed Bâbâ at-Tomboctî) commemorantur, «quem Indicem, scripsit Dozy, Cl° Cherbonneau debeo", patet ejus vitam in illo opere exstare. Almeriae natus est anno 504.

Liber compositus est jussu secundi principis dynastiae al-Mowahhidarum, Abu-Jaqub Jusof. Series libri Ibn-Hobaischi hic est, ut primum luculentor agat de rebellione Arabum post mortem Prophetae, bellisque intestinis quae sub Abu-Bekri initiis gesta sunt; tum de expugnatione Syriae, Aegypti, Barcae, Tripoleos et reliquae Africae, Nubiae, Cypri, Irâqi, omniumque provinciarum Imperii Persici exponat. Auctores potissimum secutus est quatuor, ut ipse in praefatione testatur: Mohammed ibn-Omar al-Wâqidî in opere inscripto كتاب الردة (*Liber defectionis*), at-Tabarî, Saif ibn-Omar al-Asadî in كتاب الردة والفتوح, et *Librum de expugnatione Syriae*, cujus exemplaria, ab Ibn-Hobaischo inspecta, alia alium auctorem ferebant [1]. In annotatione, titulo subjuncta, testatur

1) Cf. libellum meum: Mémoire sur le Fotouho's-Scham attribué à Abou Ismaïl al-Baçrî (Lugd. Bat. 1864), p. 3 seqq.

Ibn-Dihja, vulgo Dhu-'n-nasabaini (*vir duplicis genealogiae*) dictus (+ 633), Ibn-Hobaischum multas fide indignas traditiones in suum librum admisisse.

Codex, pp. 485 constans, anno 851 Qâhirae exaratus est, in gratiam Borhân-ad-dîni al-Biqâ'î (البقاعي), qui, cum aliis operibus, tum libro de Medjnuni et Lailae amoribus inclaruit et anno 885 Damasci obiit.

Huc redeunt quae monuit Hamakerus in *Spec. Catal.* (p. 56—66). Alterum hujus operis exemplar, paullo post auctoris mortem in Hispania scriptum, fuit in bibliotheca de Gayangos (v. l.l. II, p. 518, ann. 10), tertium Berolini est 9689 (Ahlw.)

DCCCLXXXVI. (Cod. 43 Gol.)

Pseudo-Wâqidîi Expugnatio Syriae. Hoc exemplar compluribus foliis ab initio mutilum esse, at maximam tamen belli Syriaci partem, inde a congregatis Graecorum apud Adjnadinum copiis, continere, paginas 327 in folio minori complecti, et anno 831 exaratum esse, jam monuit Hamakerus (Praef. ad librum mox laudandum p. VIII). Incipit nempe edit. Nassau Lees p. ٧٢, 11, ed. Qâh. I, ٢٠, 11. Textus nostri Codicis in multis ab editionibus inter sese etiam discrepantibus, deviat, sed magis cum Indica convenit.

Alia exempl.: Paris. 1652—1661, alia redactio ibid. 1662, 1663; Mus. Brit. 286—298, 926, 1269, 1270, 1501, Suppl. 521, 522, 1277; Cantabr. (Preston) p. 11, (Browne) 719—21; Oxon. (Uri) 655, 684, 736, 795; Goth. 1599—1603, Monac. 383, 384, 385; Berol. (Ahlw.) 9765—9775; Vind. 903 (vers. Turc.); cf. Dresd. 38; Mus. Rumänz. (versio Turc.; v. *Bulletin scientif.* I, p. 157, ubi Fraehn de hoc opere ejusque Codicibus egit); Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 153 (1); Upsal. 259 et 260 (vers. Turc.); Ambros. 232—236; Vatic. 274; Cid-Hammouda (p. 15); Const. Koprülü 1123. Editus est Qâhirae anno 1282.

DCCCLXXXVII. (Cod. 200 Gol.)

Ejusdem falsarii liber de expugnatione Memphidis et Alexandriae (فتوح مصر), quem Hamakerus edidit. Codex anno 840 scrip-

tus est. Est continuatio praecedentis. In edit. Qâh. occupat II, ٥٧—١٠٧.

Alia exempl.: Paris. 1663 (3), 1689; Goth. 1599, 1601 (Seetzen 1222, quocum Hamakeri editionem contulit Weijers, cujus annotatio hîc servatur X. Q. 609 inter libros impressos qui dicuntur); Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 153 (2), 154 (1); Const. Köpr. 1124; cf. Vatic. 732 (Hammeri Lettere III p. 6). Exempla Mus. Brit. et Bibl. Berol. v. ad Cod. praec.

DCCCLXXXVIII. (Cod. 1399).

Ejusdem Expugnatio Irâqi. Hoc exemplar a Persa quodam descriptum est ex Codice Petropolitano, curante Fraehnio, qui illud Hamakero dono dedit. Cf. Hamakeri Praef. p. xiii. Brevior recensio in ed. Qâh. II, ١٧٨ seqq. Alia sunt in Bibl. Univ. Cantabr. (Browne) 1722; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 153 (3), 154 (3); Bibl. Goth. (Pertsch) 1604; Mus. Brit. (Suppl.) 1277 (3).

Emtus ex Bibl. Hamakeri (*Catal.* p. 109, n. 3).

DCCCLXXXIX. (Cod. 885 (1) Warn.)

Expugnatio Bahnesae ex eadem officina. Hamakero (p. x) Codex anno ٥٥٩ exaratus visus est; sed longe abest ut tam antiquus sit. Anni nota est ٢١..., sed signum illud ٢ videtur ١ erasum. Exemplar igitur anno 1000 exaratum est, quam aetatem scripturae genus manifesto indicat. In edit. Qâh. occupat II, ٢٠٢—٢٨٤, nisi quod in nostro Codice additur poëma Khâlido ibn-al-Wâlid attributum.

Alia exempl.: Inst. Reg. Neerl. 181 (antea Willmeti, de quo egit Hamaker); Paris. 1608—1612; Mus. Brit. 299—305, 1651, Suppl. 525, 1277 (4). Goth. 1607 (2)—1612; Mon. 401; Berol. (Ahlw.) 9096; Lips. (Ref.) 162; Havn. 138; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 154 (2); Ambros. 229. Editus est Qahirae annis 1278, 1280, 1290.

DCCCLXXXX. (Cod. 1196).

Expugnatio Ifrîqîjae. Aut ejusdem aut similis falsarii opus est. Codicem, charactere Africano exaratum et pp. 313 constantem,

*perantiquum* censuit Hamakerus (p. xi). Est contra recens et saeculo decimo sexto p. Chr. non antiquior; Hamakeri error inde explicandus est quod Codices Africanos, rudi manu in mala charta exaratos et speciem quandam antiquitatis saepe habentes, rarius tractaverat. In fine docemur historiam expugnationis Africae (a Qairawâno ad Zâbum) esse tomum secundum libri expugnationum (كتاب الفتوح), cujus tomus primus expugnationem Syriae, tertius Occidentis (الغرب) continet. Primum Codicis folium manus recentior supplevit.

Codex in Catalogo anni 1640 ex Mauritania allatus dicitur.

DCCCLXXXXI. (Cod. 1342).

Alterum exemplar, quod breviorem recensionem quam Codex 1196 continet. Narrationi praemissa est khotba, sive oratio ‘Oqbae ibn-ᶜAmir ad bellum Africanum profecturi; cf. Hamaker p. xii.

Ab Humberto huc allatus et a Rege Bibl. donatus.

Alia exempl. praeter Habichtianum de quo Hamakerus exposuit: Paris. 1879—1881; Mus. Brit. 306; Cantabr. (Browne) 718; cf. Goth. 1695; Alger. p. 14.

DCCCLXXXXII. (Cod. 1635).

Hamakeri excerpta Latina ex scriptis Pseudo-Wâqidîi cum annotatione. Accedit versio Latina capitis Ibn-Khallikânis quod de al-Wâqidîo, illiusque quod de ejus scriba Ibn-Saᶜd agit. Addita sunt praeterea excerpta Latina ex variis scriptoribus (v. g. al-Masᶜudî, al-Maqrîzî, an-Nowairî, at-Tabarî, as-Sojutî, al-Belâdhorî), quae ad expugnationem Syriae, Aegypti, Irâqi caet. spectant et cum Pseudo-Wâqidîo comparanda erant. Sunt 7 fasciculi.

5. HISTORIA KHALIFARUM.

DCCCLXXXXIII. (Cod. 595 Warn.)

كِتَابُ ٱلْأَنْبَاءِ فِى تَارِيخِ ٱلْخُلَفَاءِ auctore Mohammed al-ᶜImrânî, qui, ut ex libri initio et fine apparet, scripsit regnante al-Mostandjido (555—566).

Est historia Mohammedis et khalîfarum, quam scriptor ad suum usque tempus, nempe ad annum usque 559, deduxit; sed historia Omaijadarum undecim paginis absolvitur. Multo plura habet auctor de Abbasidis, sed in opere suo, quod ceteroquin se commendat historiolis, facetiis et versibus lectu jucundis, ea quae nos a historiographo imprimis quaerimus leviter tantum tetigit. Ad finem auctor scribit ولبُعْدى عن العراق وطول غيبتى عنها لم اتحقّق من اخبارها شيئًا أُوَرّخه والله تعالى العالم بما يتجدّد بعد ذلك

Codex bene exaratus est anno 682. Alterum exemplar non innotuit.

## DCCCLXXXXIV. (Cod. 567 Warn.)

Tertium volumen Historiae khalifarum c. t. «العُيُون والحَدائق، فى أَخْبارِ الحَقائق». Incipit a Walîdo, filio Abd-al-Maliki, et pergit usque ad mortem al-Motaçimi; ultimum caput anno 1849 editum est a C. Sandenbergh Matthiessen, aliae deinde partes ab Anspach et a me donec una cum de Jong totum opus edidi in priore volumine libri c. t. *Fragmenta historicorum Arabicorum.* Leid. 1868. Nomen auctoris adhuc latet, sed scripsit certe *post* saeculum undecimum et ante 626 quo anno scriptus est codex, teste subscriptione voluminis quarti ejusdem exemplaris hujus operis, quod Berolini servatur, n. 9491 Ahlw. Auctor in urbe Qairawân opus conscripsit et Fâtimidarum fautor erat. Praecipua ejus fons historiae Africanae erat liber Ibn-al-Djazzâri († 395, Wüstenfeld, *Geschichtschr.* n. 158).

Codex, multis vocalibus additis, nitidissime exaratus non tamen mendis vacuus est. Volumen quartum ad finem anni 350 pergit. In fine ejus legimus volumen quintum secuturum esse.

## DCCCLXXXXV. (Cod. 560 (15) Warn.)

«كتاب النِّزاعِ والتَّخاصُم، فيما بين بنى أُمَيَّةَ وبنى هاشِم» auctore al-

Maqrîzîo, anno 841 ab ipso auctore correctum et annotatum, 37 ppg. Editum est opusculum a Dmo G. Vos. L. B. 1888.

Al. ex. Argentor. cp. Z.D.M.G. 1886, p. 309; Vindob. 886; Paris. 4657, 7; Cantabr. (Browne) 924.

DCCCLXXXXVI. (Cod. 560 (13) Warn.)

كتاب فيه مَعْرِفَةُ ما يَجِبُ لآل البَيْت من الحَقّ عَلَى مَنْ عَدَاهُمْ

auctore al-Maqrîzîo, ab ipso auctore correctum et partim scriptum anno 841. Sunt 25 ppg., quae a vermibus male passae sunt.

Al. ex. Vindob. 890; Paris. 4657, 8.

DCCCLXXXXVII. (Cod. 560 (14) Warn.)

Maqrîzîi »كتاب الذَّهَب المَسْبُوك، فى ذِكْر مَنْ حَجَّ من الخُلَفَاء والمُلُوك« anno 841 ab ipso auctore correctum et annotatum opusculum, 32 ppg.

Al. ex. Paris. 4557, 6; Cantabr. (Browne) 442—43.

DCCCLXXXXVIII. (Cod. 1994 *a* = Amîn 271).

Imâmus Zaiditarum *al-Mahdî-li-dîn-Allâh* Ahmed ibn-Jahjâ ibn-al-Mortadhâ (+ 840), auctor operis ingentis c. t. »البَحْر الزَّخّار، الجامع لِمَذاهب عُلَماء الأَمْصار«, infra describendi inter libros theologiae dogmaticae, ad introductionis partem decimam quae titulum habet »كتابُ الجَواهِر والدُّرَر، من سِيرَة سَيِّد البَشَر، (var. l. فى) وأَصْحابه العَشَرَة الغُرَر، وعِتْرَته الأَئِمَّة المُنْتَخَبِين الزُّهَر« commentarium scripsit sub titulo يَواقِيت السِّيَر, cujus partes singulas separato titulo ornavit et quidem eam quae de Imâmis Zaiditis agit titulo »رِياض الفِكَر، فى شَرْح سِيرَة عِتْرَته المُنْتَخَبِين الزُّهَر«. Hujus noster Codex continet, praeter fragmentum infra describendum, finem di-

midium paginae occupantem in quo enumerantur Imâmi sepulti in templo al-Hâdî in urbe Çaᶜda. Pars sequens habet titulum تُحْفَةُ الأَكْيَاس، فى شَرْح تَعْيِين آل أُمَيَّة والعَبَّاس. Hanc totam habemus. Incipit ab Othmân, primo khalîfa Omaijadarum, cujus autem mentio, ait auctor, jam facta est in parte de decem sociis Prophetae praecipuis. Post Merwân ibn-Mohammed in appendice tractantur (ut etiam in البحر الزخّار) Omaijadae Hispaniae; commentator saepe laudat Ibn-ᶜAbd-Rabbihi. Hic in Codice aliquot folia agglutinata olim fuerunt, quae nunc separato involucro gaudent (v. ad n. seq.). Deinde historia Abbâsidarum describitur usque ad khalîfam an-Nâcir-li-dîn-Allâh, qui anno 575 khalîfatum obtinuit. Pars prior hujus historiae ex Ibn-Abd-Rabbihi libro hausta est ad annum 325, posterior e certo chronico (بعض كتب التواريخ) quod anno 593 terminatus fuit. Ita enim legimus in libro البحر الزخّار (quae addidit commentator uncinis inclusa sunt): وبقى الامر كذلك الى [وقت كتاب التعليق فى] شهر رمضان سنة ٥٩٣ وسلطان اليمن يومئذ سيف الاسلام طغتكين بن ايّوب بن شادى [1] [بن مروان] وسلاطين الشام بنو اخيه عثمن وعلى وعمر بنو صلاح الدين يوسف بن ايّوب [وسلطان مصر اخوه الملك العادل ابو بكر ابن ايّوب قلتُ ثمّ غلب على ملكهم الاتراك وارتفعت حكمتهم وان أُخذت (Cod. احدث) الولاية منهم قطع الله دابر الظالمين واقام قناة الحقّ المبين بصالحى ائمّة اهل البيت المطهرين [2]] الخ. Subscriptio est تم شرح السيرة النبوية وتوابعها من تاريخ العشرة المرضية et addit auctor se

---

1) Cod. ساى et سادن.

2) Verba ultima, certe inde a قطع, leguntur in Codice Berol. operis البحر الزخّار, *Catal.* IV, p. 308 *a*.

huic commentario scribendo finem imposuisse anno 836, quum esset في الدقايق من نواحى مِسْوَر.

Hanc partem excipit كتاب تَزْيِينِ المجالس، بذِكْرِ التُّحَفِ النَّفائس، ومَكْنُونِ حِسانِ العَرائس" quae ut auctor statim addit est epilogus (خاتمة) ad opus يَواقِيتِ السِّيَر. Excerptum hoc est e libro تُحْفَةُ الوُعّاظ auctore Ibn-al-Djauzî (+ 597) et continet sexaginta narrationes e vita virorum sanctorum, singulas تُحْفَة inscriptas. Subscriptio hujus est وهو آخر تصنيف مولانا الامام المهدى لدين الله احمد بن يحيى بن رسول الله صلى الله عليه وآله eaque docet Codicem anno 1054 scriptum fuisse. Deinde legimus ويتلوه كتاب جَلاء (Cod. حلا) قلوب العارفين تصنيف الفقيه ابى القسم بن محمد الشفيف (Cod. السعمف), رحمه هذا الكتاب مضاف الى الجواهر, sed hic liber in Codice non invenitur. Sequuntur quidem septem folia sordide exarata sed proprie ad hunc Codicem non pertinent. Primum folium continet narrationem de Hârûn ar-Raschîd quum peregrinationem sacram fecit cum Badawîo, secundum excerpta e Zamakhscharîi أَطْواق الذَّهَب (subscriptio docet hoc anno 997 cum archetypo esse collatum), cetera opusculum المقالات dictum paraenetici argumenti, secundum subscriptionem anno 969 scriptum.

### DCCCLXXXXIX. (Cod. 1994 *b* = Amîn 271).

Haec sex folia olim in medio Codice praecedenti agglutinata, continent fragmentum libri رياض الفكر, et quidem partem posteriorem vitae Abdallae ibn-Hamza (+ 614) et partem priorem vitae ejus successoris al-Mahdî-li-dîn-Allâh Ahmed ibn-al-Hosain (+ 656). Exarata sunt eadem manu qua Codex 1994 *a* itaque anno 1054.

### DCCCC. (Cod. 1975 = Amîn 252).

Carmen metro *basît* quod conspectum chronologicum continet Prophetae et khalîfarum usque ad khalîfam al-Mostandjid in Aegypto

anno 884 mortuum. Ante hujus mortem conscriptum fuit, deinde vero quinque versus addidit auctor. Quisnam hic fuerit Sojûtî (+ 911), ut docet H. Khal. II, 231 sub n. 2617, an al-Minhâdjî, ut est in titulo Codicis Berol. 9716 Ahlw., efficere nequeo. Codex noster titulo caret; in subscriptione legimus تمّت الرسالة فى اسماء الخلفاء, sed verus titulus est «تُحْفَةُ الظرفاء، بأَسْماء الخُلفاء». Sunt 4 folia sine anno.

Al. ex. Berol. (Ahlw.) 9715, 9716; Paris. 3972 (6).

DCCCCI. (Cod. 1980 = Amîn 257).

«بُغْيَةُ الخاطِر، ونُزْهَةُ الناظِر» sive historia Mohammedanica auctore Mohammed ibn-Mostafâ, qui inclaruit nomine *Qânî* et vixit saeculo undecimo. Vita ejus exstat in libro: *Kholâçat-al-Atzar* IV, p. ٣٢٥, ubi quoque hujus libri mentio fit. Deinceps tractantur propheta ejusque successores, Omaijadae, Abbasidae et Othmanidae usque ad annum 1033. In ultima parte quoque plura habet de khalîfis Zaiditarum. In introductione auctor enumerat fontes quibus usus est.

Codex satis bene exaratus est anno 1058. In fine supplentur nonnulla quae in describendo Codice exciderant (ساقط من اصل النقل فى الكتاب).

DCCCCII. (Cod. 1968 = Amîn 245).

زُهْرَةُ العُيُونِ وجَلَاءُ القُلُوبِ auctore *al-Miçrî* ut docet inscriptio in fronte Codicis confirmata subscriptionibus sectionum. Liber enim divisus est in tres sectiones quarum prior historiam Mohammedis et quatuor priorum khalîfarum, secunda historiam Omaijadarum, tertia denique Abbasidarum continet. In praefatione auctor dicit se hunc librum compilavisse e chronicis Ibn-al-Atzîri, Ibn-Masch kawaihi, cet. ne opus haberet toties pervolvendi illa volumina. Unde jam patet opus non esse magni pretii. In fine sectionis tertiae legimus: هذه التعليقة تمام تواريخ الخلفاء ماخوذة من كتاب تحفة الاولياء الاتقياء فى ذكر حال سيد الانبياء والخلفاء النجباء (Cod. s. p.)

تاليف بدل بن المعمر بن اسمعيل التبريزى (Cod. s. p.) رحمه الله, de quo opere conf. H. Khal. II, 223, Cat. Goth. (Pertsch) n. 45. Deinde sequitur ثم استولى ملوك الترك على بلاد الاسلام بالعجم والعراقين الى الآن. Restat ut moneam post absolutam historiam Abbasidarum auctori placuisse adjungere nonnulla capita quorum prius inscribitur باب توقيعات الخلفاء والوزراء, secundum باب السلطان وما قيل فيه وفى محبته etc. Ceteroquin de auctore nihil compertum habeo. Initium Codicis: الحمد لله الذى حكم على الاعمار بالآجال; scriptus est in Jemana anno 978 jussu khalîfae Zaiditarum al-Mahdî ibn-Izz-ad-dîn. Scriptura satis distincta est sed saepe caret punctis diacriticis, duo prima folia novissima manus supplevit, sed inter folium primum et secundum aliquot folia desiderantur.

## DCCCCIII. (Cod. 908 (4) f. 33—42).

Fragmentum operis majoris, cujus neque titulum sive argumentum, neque auctorem novi, continet vero historiam necis Hosaini, homicidii Bosri ibn-Artât, qui duos filios parvulos Obaidallae ibn-al-Abbâs ibn-Abd-al-Mottalib morti dedit, mortis Othmâni et tandem cladis Çiffîni. Major autem pars desumta est, ut ter ait compilator (المؤلف) ex opere "مَرج البَحرَين، فى فَوائد المَشرِقين والمَغرِبين", cujus auctor est Abu-'l-Khattâb ibn-Dihja (+ 633); cf. *Tabaqât-al-Hoffâtz* 18, 16, Hâdjî-Khal. V, p. 491, supra p. 46, et imprimis al-Maqqarî I, p. ٥٢٥—٥٢٩. Sunt 19 pagg. sine anni nota.

Emtus est Codex Londini anno 1865 e Catalogo Bernardi Quaritch (p. 38 n. 752).

## DCCCCIV. (Cod. 1212).

جامع اللطائف opusculum a Zain-ad-dîn Hosain ibn-Hasan Is-hâqî non diu post annum 936 conscriptum, quadripartitum. Agit caput primum فى السياسات, secundum, longe major pars libri, فى تاريخ اكابر البريّات (est conspectus chronologicus historiae khalîfarum et principum ad annum p. Ch. 1529), tertium فى الاخلاق

المحمودات والمذمومات, quartum فى عجائب المخلوقات. In primo folio liber inscribitur عجائب وغرائب مخلوقات ولطائف.

Codex nitide est exaratus.

Emtus anno 1867 apud K. F. Köhler, Lipsiae.

## DCCCCV. (Cod. 1499 (2).)

Codex, qui fortasse inter Hebraïcos collocandus fuisset, continet versionem Arabicam partis libri יוחסין »Genealogia" auctore Abraham Zacut ca annum 1500, secundum editionem Samuelis Schullam (cf. Steinschneider, *Catal. libr. hebr. in bibl. Bodl.*, p. 707 et 2478), et quidem *tempus* (الزمان) octavum, nonum et decimum cum epilogo Samuelis. Nonnulla folia desiderantur. Versio igitur, a nescio quo Arabicae linguae classicae imperitissimo facta, continet chronologiam inde ab Heraclii et Mohammedis tempore ad Sultanum Selim usque. Adduntur excerpta Samuelis e libro ארחות עולם auctore Abraham Farrizol (Steinschneider l. l. p. 688), et excerpta Mosis Isserls (Steinschn. p. 1827) e libro יסוד עולם (p. 1125) Arabice. Abrupte desinit. Erant hae chartae in eodem volucro cum Golii locorum in Cathechismo Heidelbergensi laudatorum serie.

Codex anno 1837 Groningae e bibliotheca van Eerde emtus et a Rege Acad. nostrae donatus est.

### 6. HISTORIA ALII ET ALIDARUM.

## DCCCCVI. (Cod. 915 Warn.)

„تَذْكِرَةُ ٱلْخَوَاصِّ مِنَ ٱلأُمَّة، بِذِكْرِ خَصَائِصِ ٱلأَئِمَّة" (titulus occurrit cum in praefatione tum in subscriptione), auctore Schams-ad-dîn Abu-'l-Motzaffar Jûsof, vulgo *Sibt ibn-al-Djauzî* (i. e. filius filiae Abu-'l-Faradji ibn-al-Djauzî, qui anno 597 obiit). Obiit hic scriptor anno 654.

Est luculentissima historia Alîi et Alidarum, quam auctor ideo in duodecim capita se divisisse affirmat, quia Imâmi duodecim fuerint numero. Sex priora capita de Alîo agunt, nempe de ejus

genealogia, virtutibus, khalifatu, dictis carminibusque, denique de ejus morte. Septimum caput agit de Alîi uxoribus liberisque; octavum (fol. 103 v. — 132 r.) de al-Hasano; nonum (fol. 132 r. — 175 r.) de al-Hosaino; decimum (fol. 175 r. — 181 r.) de Mohammed ibn-al-Hanafîja; undecimum (fol. 181 r. — 193 r.) de Khadîdja et de Fâtima. Caput duodecimum (fol. 193 r. — 224 r.) agit de reliquis Imâmis, nempe de Alî ibn-al-Hosain Zain-al-ᶜAbidîn (193 v.), de Mohammed al-Bâqir (201 r.), de Djaᶜfar aç-Çâdiq (204 r.), de Musâ ibn-Djaᶜfar al-Kâtzim (207 v.), de Alî ibn-Musâ ar-Ridhâ (210 r.), de Mohammed al-Djawwâd (215 r.), de Alî al-ᶜAskarî (215 v.) et de al-Hasan al-ᶜAskarî (217 r.). Fol. 218 r. occurrit carmen de Imâmis, quod compositum est ab Abu-'l-Fadhl Jahjâ ibn-Salâma al-Haçkafî (الحصكفى) (+ 553). In fine denique historiolas de Imâmis refert libri auctor.

Codex minutis litteris exaratus est anno 905. Continet 224 folia quadruplicata. Aliud exemplar in Bibliothecis Europaeis mihi non innotuit; sed lithographia prodiit Teherani anno 1285 (1868).

DCCCCVII. (Cod. 1647).

Historia Alîi et Alidarum, c. t. كِتَابُ الإِرْشَادِ، ut exstat non tantum in primo folio, sed quoque in subscriptione tomi primi, aut plenius « كِتَابُ الإِرْشَادِ، فِى مَعْرِفَةِ حُجَجِ اللّٰهِ عَلَى العِبَادِ » ut in titulo Codicis mox describendi. Auctor qui in ipso libro passim appellatur as-Schaikh al-Mofîd est Mohammed ibn-Mohammed ibn-an-Noᶜmân al-Mofîd al-Hâritzî al-Bagdâdî al-ᶜOkbarî (العكبرى), Abu-Abdallah, cognomine *Ibn-al-Moᶜallim* (338—413, vid. Tusy's *List of Shy'ah Books* p. ٣١٤ seq.). Inter doctores a quibus traditiones accepit praecipui sunt Abu-'l-Djaisch Motzaffar ibn-Mohammed al-Balkhî (Tusy p. ٣٣١); Abu-'l-Fadhl ibn-Schâdzân (+ 334); Abu-Bekr Mohammed ibn-Omar ibn-al-Djiᶜâbî [1]) (+ 355); Abu-Hafç

1) In hoc Codice semper الجعانى, sed in altero recte ut rec. Cf. praefatio ad *Moschtarik*, p. 21, Abu-'l-Mahâsin II, p. ٣٨٥, *Tabaqât-al-Hoffâtz*, 12, 32, Tusy p. ٣٠٩. Saepissime hoc nomen corruptum invenitur.

Omar ibn-Mohammed aç-Çairafî (+ 375); Abu-Abdallah Mohammed ibn-ʿImrân al-Merzobânî (+ 384); Djaʿfar ibn-Mohammed ibn-Kuluja Abu-'l-Qâsim al-Qommî (Tusy p. vv seq.); Abu-Bekr Mohammed ibn-al-Motzaffar al-Bazzâz; Alî ibn-al-Mondzir at-Tarîqî (الطريقى). Duo libri laudantur: f. 13 v. قال الشيخ المفيد رَه وجدت فى كتاب ابى جعفر محمد بن العباس الرازى قال, et f. 202 v. وجدت بخط ابى الفرج على بن الحسين بن محمد الاصفهانى فى اصل كتابه المعروف بمقاتل الطالبيين اخبرنى. Auctor hujus operis obiit anno 357, teste Abu-Noʿaim (Cod. 568, f. 12 v.)

Quod ad ipsum opus attinet, divisum est in duos tomos (جزء) quorum primus (f. 1—131) continet historiam Alîi. In tomo altero exhibitur historia duodecim Imâmorum ex Alîi posteris, et quidem deinceps tractantur: f. 131—140 al-Hasan; f. 140—186 al-Hosain, f. 186—191 Alî Zain-al-Abidîn; f. 191—196 Mohammed al-Bâqir; f. 196—198 frater ejus Abdallah ibn-Alî; f. 198—211 Djaʿfar aç-Çâdiq; f. 211—222 Musâ al-Kâtzim; f. 222—232 Alî ar-Ridhâ; f. 232—240 Mohammed al-Mortadhâ; f. 240—246 Alî ibn-Mohammed; f. 246—255 al-Hasan ibn-Alî; f. 255—263 Abu-'l-Qâsim Mohammed ibn-al-Hasan, qui est al-Mahdî al-Qâim; f. 263 ad finem operis (f. 270) de reapparitione Mahdîi agunt.

Post doxologiam liber sic incipit: اما بعد فانى مثبت بتوفيق الله ومعونته ما سألتَ ايّدك الله اثباتَه من أسماء ائمّة الهدى عمّ وتاريخ اعمارهم وذكر مشاهدهم واسماء اولادهم وطرف من اخبارهم المفيدة لعلم احوالهم لتقف على ذلك وقوف العارف بهم ويظهر لك فرق ما بين الدعاوى والاعتقادات فيهم (Cod. 1973 الفرق), quod propositnm non impedit quominus auctorem credulum appellemus.

Codex recens sed bene exaratus anni nota caret.

Emtus anno 1859 Amstelodami e bibliotheca R. van Voorst (v. *Catalogue raisonné* p. 2, n. 8).

## DCCCCVIII. (Cod. 1973 = Amîn 250).

Ejusdem libri tomus prior qui abrupte desinit in fine historiae Alîi, Codicis antecedentis f. 130 r. l. 5 a. f. cum annotatione li-

brarii: هذا آخر ما وقع في يدى من هذا الكتاب. Operi suo hic finem imposuit anno 999 probabiliter in Jemana. Forma Codicis est oblonga; bene est exaratus.

DCCCCIX. (Cod. 959 Warn.)

Quatuor opuscula de caede Hosaini, omnia ab eodem librario, qui sine dubio Schîita erat, exarata, hoc Codice continentur. Eorum argumentum his verbis, in fronte Codicis scriptis, declaratur: رسالة فى جواز اللعن على يزيد، ورسالة فى المصرع الشين فى قتل الحسين رضه، واخذ الثار على يد السادة الاخيار، ونبذة من جواهر العقديين فى فضل الشرفين، De singulis accuratius exponendum est.

*Primum* opusculum ab Abu-'l-Faradj ibn-al-Djauzî (+ 597) compositum est, sed ab alio viro editum, ut patet ex his verbis quae post *bismillam* leguntur: اخبرنا سيدنا وشيخنا الامام الراجى رحمة ربه الكريم شرف الدين ابو محمد عبد العزيز (adde ابن) محمد بن عبد المحسن الانصارى الاوسى بلّغه الله نهاية اربه، وزاده علما ونفع به» بقراتى عليه فى يوم الجمعة ثانى صفر (adde سنة) ست وخمسين وستمائة قال اخبرنا الشيخ الامام العالم جمال الدين ابو الفرج عبد الرحمن بن محمد بن على بن الجوزى رحمه الله اجازةً قال الحمد لله الذى نجانا بالعلم من موافقة الضلال الخ. — Narrat Ibn-al-Djauzî, se aliquando rogatum fuisse utrum Jezîd, Moâwijae filius, maledicendus sit propter Hosaini caedem et Medinam ejus jussu depopulatam. Respondi, inquit: يكفيه ما به والسكوت اصلح. Tali responso alter minime contentus, علمتُ ان السكوت اصلح, inquit, ولكن هل يجوز لعنته. »Jezîdo maledicere," respondit Ibn-al-Djauzî, »licitum censuerunt docti piique viri, inter quos est Ahmed ibn-Hanbal." Hoc responsum ad viri cujusdam aures pervenit, qui ex Omaijadarum stirpe fuisse videtur, nam Ibn-al-Djauzî his verbis eum designat: شيخ قد قرا احاديث مرويه، ولم يخرج عن العصبية القاسيه». Omaijada igitur ille tractatum (جزء) composuit in quo falsa de

Jezîdo scripsit (يبتهر فيه ليزيد); erat vero vir mirae ignorantiae qui v. g. affirmasset aliquando, Moslimum ibn-Dînâr ex clarissimis Prophetae sociis fuisse, quique veras traditiones a falsis non decernere sol..t. Refutat igitur Ibn-al-Djauzî virum istum, et ad suam sententiam comprobandam, historiam Jezîdi enarrat inde ab anno 56 quo a Moâwija imperii haeres est constitutus; qua in re imprimis sequitur Abu-Bekr ibn-abi-'d-Donjâ, Mohammed ibn-Sa<sup>c</sup>d (auctorem libri *Tabaqât*) et at-Tabarî. — Fol. 28 v. est libri finis, ibique haec exstat subscriptio: كتبتُه من نسخة عليها خط المصنّف وخط الشيخ الامام العالم العلامة شيخ الشيوخ شرف الدين ابى محمد عبد العزيز بن محمد بن (adde عبد) المحسن فى سنة سبع ابن محمد بن منصور الانصارى وكتب من الهجرة النبوية (وكُتِبَتْ .l) وسبعين وتسع مائة (l. وستمائة) والحمد لله; ex quibus verbis minime efficiendum esse censeo, *nostrum* exemplar ex antiquo illo Codice, anno 677 exarato, descriptum esse; nam si hoc ita esset, nec explicari posset quo modo factum sit ut noster librarius ridiculo errore 977 scripserit pro 677, nec quo modo factum sit ut Codicis nostri textus gravissimis mendis scateat. Videntur mihi verba laudata a librario nostri Codicis descripta ex exemplo quo usus est, et *hoc* verosimiliter ex antiquo illo Codice, anno 677 exarato, descriptum erat. Haec opinio eo confirmatur quod librarius (qui Turca fuisse et Arabica quae scribebat verba fere non intellexisse videtur) verba illa كتبته caet., nullo spatio relicto, praecedentibus ita adjunxit ut ipse non perspexisse videatur, haec verba subscriptionem constituere, sed putasse illa ad ipsum textum pertinere. — Absoluta subscriptione ista, editor libri (وجدت فى هذه النسخة يقول مولفها ولم اجد احدا الخ) dicit, se nullum unquam emîrum <sup>c</sup>Amro ibn-al-Âçi magis justitiam de semet ipso facientem (انصف من نفسه) invenisse, qui quum, a Moâwijâ Aegypto praefectus, audivisset al-Hasanum, Alîi filium, a principe 150,000 dinâros accepisse, hoc imprudenter factum esse censuit, et carmen ad Moâwijam scripsit, in nostro Codice traditum, quo al-Hasanum summis laudibus effert et Moâwijam hortatur ut a tam praeclaro

ideoque suspiciosissimo viro veneno se liberet. De Amri igitur sententia Moâwija al-Hasanum veneno, quod ei a Dja<sup>c</sup>da datum est, sustulit. Quum deinde Moâwija Aegypti praefectura Amrum privare vellet eamque in Abd-al-Melik ibn-Merwân conferre, Amr ei carmen misit, quod historici المنصفة appellare solent et incipit a versu:

معاوية الفضل لا تنس لى     وعن منهج لحق لا تعدل

Hoc carmine omnia enumerat Amr quae in Moâwijae gratiam perpetraverat, cujus causam injustissimam fuisse luculenter exponit. Moâwija, carmine illo commotus, ei Aegypti praefecturam reliquit et bene curavit ne Syri carmen istud audirent: وامر ان لا يسمعها احد من اهل الشام خوفًا من الانحراف عنه. — Longae disputationi ansam darent haec, cui tamen hic locus minus aptus est; sed monendum mihi restat, librum Ibn-al-Djauzîi, de quo dixi, citari ab as-Samhudîo (vide v. g. Codicis de quo agimus fol. 224 r.) sub titulo: „كتاب الرد على المتعصّب العنيد، المانع من ذمّ يزيد“.

*Secundum* opusculum tribuitur celeberrimo Abu-Mikhnaf Lût ibn-Jahjâ + 170 (cf. *Fihrist* ٩٣, 12); editum autem est ab Alî ibn-Musâ ibn-Dja<sup>c</sup>far ibn-Mohammed ibn-Tâwus al-Hosainî (fol. 35 v.: وقال على ـــ لحسينى جامع هذا الكتاب عن ابى مخنف لوط بن يحيى ـ فى مصرع لحسين عم (Cod. محنف)). Continet longam narrationem, quae a caede Alîi incipit et in caede Hosaini desinit. Titulum habet sec. subscriptionem „المَصْرَعُ الشَّيْن، فى قَتْلِ الحُسَيْن“ et occupat Codicis fol. 34 v. — 145 r.

*Tertium* opusculum quod ab eodem scriptore compositum esse dicitur, est continuatio *secundi*, ut in *hujus* subscriptione declaratur et titulum habet sec. eandem subscriptionem „أَخْذُ الثار، على يَد السادَة الأَخْيار، ابراهيم الثَّقفىّ المختار“. Continet narrationem illorum quae inde a caede Hosaini acciderunt usque ad caedem al-Mokhtâri anno 67, et Moç<sup>c</sup>abi anno 71. Occupat Codicis fol. 145 v. — 197 v.

Duorum horum opusculorum versionem dedit Wüstenfeld anno 1883 sub titulo »Der Tod des Ḥusein ben ʿAli" in Abh. der Kön. Gesellsch. d. Wissensch. zu Göttingen xxx, cum praefatione in qua ostendit fundamentum narrationis quidem esse Abû Mikhnan opus, sed multis fabulosis et fictitiis auctum et depravatum, ita ut Pseudo-Wâqidianis potius quam historicis annumerandum sit. Codices et editiones in eadem praefatione describuntur.

Quarto denique loco occurrit excerptum ex opere c. t. „جَواهِرُ العِقْدَيْن، فى فَضْلِ الشَّرَفَيْن" auctore Nur-ad-dîn as-Samhudî (+ 911), quem librum totum hic habemus, nº. 790 signatum. Describendus erit in capite de Theologia ibique de hac parte Codicis 959 dicendum.

Codex exaratus est anno 995.

## DCCCCX. (Cod. 989 (fol. 36 r. — 41 v.) Warn.)

Duo parva fragmenta, ex duobus operibus desumta quae de Alidis agunt, hac Codicis 989 parte contineri videntur. In primo (quod tribus paginis constat et abrupto incipit a verbis: من يده مع عشرة او عشرين وخرج من العسكر فاختفى بالشعب فلما اصبح راى الاحوال فرجع الى دمشق) sermo est de ʿAçim (عاصم) ibn-Sâlim qui castellum τοῦ طمهروث بن كوموث (sic) intrare secunda vice tentat; de quo castello fabulae nonnullae narrantur, traditurque ʿAçim partem thesaurorum, a se in illo inventorum, Mohammedi ibn-al-Hanafîja, partem ʿAuno ibn-Alî misisse. Tum narratur mors Jezîdi, contenditque scriptor anonymus, Jezîdi filium, Moâwijam II, animo sibi proposuisse ut khalifatu se abdicaret in gratiam Alîi Zain-al-ʿâbidîn, filii Hosaini, et hanc ob causam a matre sua hujusque marito, Moâwijae vitrico, Merwân ibn-al-Hakam, veneno esse sublatum. Quum igitur Merwân khalifatu erat potitus, hujus filius Abd-al-Melik se ad castellum illud, thesauris repletum, contulit, de quo in praecedentibus mentio facta est; at quum in propinquo esset a serpente, castelli custode, impeditus est quominus intraret. Narrantur alia quaedam quae minime melioris notae sunt.

Secundum fragmentum (9 pp.) incipit a verbis: انبأنى المعتمد اجازةً بما رُوى عن يزيد بن ابى حبيب والحارث بن يزيد وابن هبيرة انهم جميعا قالوا اجتمع عند معاوية عمرو بن العاص وعتبة بن ا سفيان والوليد بن عُقْبة والمُغِيرة بن شعبة فقالوا ارسلْ لنا الى الحسن فلْنَسُبَّ اباه ونصغّره بذلك. Venit igitur al-Hasan, a Moâwija arcessitus, et cum viris illis disputat. Fragmentum abrupte desinit.

## DCCCCXI. (Cod. 686 Warn.)

تَهْذِيبُ ٱلْأَنْسَابِ، وَنِهَايَةُ ٱلْأَعْقَابِ. Egregium opus de genealogia Alidarum, auctore ʿObaidallî i. e. Abu-'l-Hasan Mohammed ibn-abî-Djaʿfar Mohammed ibn-Alî ibn-al-Hasan ibn-Alî ibn-Ibrâhîm ibn-Alî ibn-Obaidallah al-Aʿradj (الاعرج) ibn-al-Hosain al-Açgar ibn-Alî ibn-al-Hosain ibn-Alî ibn-abî-Tâlib, cujus pater etiam de eodem argumento scripsit teste as-Sakhâwî, cod. 677 f. 68 v. Integram scriptoris genealogiam descripsi, ut pateret, hunc Alidam quarto Arabum saeculo floruisse. Antea majus opus de eodem argumento composuerat, nempe *al-Kâmil*, quod citat fol. 20 v., ubi haec leguntur: وقد شرحنا ذلك فى الكتاب الكبير فى نسب آل ابى طالب الذى سميناه الكامل. Ingens erat opus, nam in praefatione nostri operis testatur auctor, illud 10,000 foliis (ورقة) constitisse. Epitome autem de qua agimus, additamentis aucta est ab alio Alida, cui nomen: Abu-Abdallah al-Hosain ibn-Mohammed ibn-al-Qâsim ibn-Mohammed ibn-al-Qâsim ibn-Alî ibn-Mohammed ibn-Ahmed ibn-Ibrâhîm Tabâtabâ, qui, ut ex ejus genealogia efficio, exeunte saeculo quinto floruit; in ipso libro se ipse vocat Ibn-Tabâtabâ, et alterum illum auctorem صاحب الكتاب. — Utilissimum esset institutum, ex hoc libro tabulam genealogicam conficere; nam propter nominum similitudinem difficile est non errare ubi de Alidis sermo est. Caeterum genealogici tantum, non historici, argumenti est hic liber.

Codex, 169 foliis quadruplicatis constans, currente calamo sed cum cura exaratus est ab Alida quodam, qui se ipse genealogum

النسّابة vocat et alios Codices contulit, ut patet ex notis marginalibus. Anni nota addita non est. Aliud exemplar mihi non innotuit.

DCCCCXII. (Cod. 1974 = Amîn 251).

كتابُ الافادة، فى تاريخ الائمّة السّادة» auctore Abu-Tâlib Jahjâ ibn-al-Hosain ibn-Hârun al-Hasanî Alida al-Bothânî vel al-Bathânî. Natus est anno 340 et mortuus anno 422 vel 424 et quidem in provincia Dailem ubi tanquam khalifa a Zaiditis agnoscebatur. Est luculentissima historia Imamorum Zaiditarum usque ad aetatem auctoris sedecim numero, quorum nomina haec sunt: 1⁰ Alî, 2⁰ al-Hasan, 3⁰ al-Hosain, 4⁰ Zaid ibn-Alî, 5⁰ Jahja ibn-Zaid, 6⁰ Mohammed ibn-Abdallah, 7⁰ Ibrahîm frater ejus, 8⁰ al-Hosain ibn-Alî al-Fakkhi, 9⁰ Jahjâ ibn-Abdallah, 10⁰ Mohammed ibn-Ibrahîm, 11⁰ al-Qâsim ibn-Ibrahîm, 12⁰ al-Hâdî, 13⁰ an-Nâçir al-Hasan ibn-Alî, 14⁰ al-Mortadhâ, 15⁰ an-Nâçir Ahmed ibn-Jahjâ et 16⁰ al-Mahdî-li-dîn-Allâh Mohammed ibn-al-Hasan. Ultimi in provincia Dailem surrexerunt, al-Mahdî anno 360 diem supremum obiit.

Codex anno 1074 nitide exaratus est in Jemana teste subscriptione f. 72 r. Sequuntur deinceps nonnulla alia de quibus vide ad num. 1977. Duo alia exemplaria exstant in Bibl. Berol. (Ahlw.) 9665, 9666.

DCCCCXIII. (Cod. 1979 = Amîn 256).

Hujus libri priora folia perierunt nempe capitis primi sectiones 1—5 et initium 6ae, sed quid contineat et quis fuerit auctor e subscriptione quam integram describam patet. Est autem haec: على نسخة الاصل بخطّ المصنّف رضى الله عنه وارضاه نجزت من تاليفه وجمعه فى سابع وعشرين شهر رجب المبارك من سنة خمسين وستّمائة بحلب المحروسة يتلوه الرسالة الموسومة بالدر المنظم فى السرّ الاعظم التى فى سبب تصنيفه على ما تقدّم ان شاء الله تعالى، كلّ ذلك بخطّه رضى الله عنه. E quibus verbis patet in Codice autographo unde noster

descriptus est secutum esse tractatum ejusdem auctoris c. t. الدّرّ «المنظّم، في السّرّ الأعظم» satis cognitum, cujus exemplaria descripta sunt in Cat. Leid[1]. III, 175 seq. (Cod. 1252), Cat. Goth. (Pertsch) n. 1258 et in aliis catalogis. Quin e numero manuscriptorum Schaikhi Amîn est qui eundem tractatum contineat (cf. Landberg n. 472) et examine instituto luce clarius factum est Codicem illum olim cum nostro 1979 unum fuisse quum scriptura et habitus Codicum prorsus consentiant. Auctor libri igitur est Kamâl ad-dîn Abu-Sâlim Mohammed ibn-Talha ibn-Mohammed ibn al-Hasan al-Qoraschî an-Niçîbî (+ 652). Pro titulo quem Amîn libro dedit مطالب السول في غزوات الرسول corrigendum est, ut recte vidit van Vloten «مطالب السول، في مناقب آل الرسول», opus enim deinceps agit de Alîo, ejusque virtutibus et privilegiis (caput primum undecim sectionibus constans et longe majorem voluminis partem implens), de filiis ejus al-Hasan, et al-Hosain, de Ali ibn-al-Hosain, de Mohammed ibn-Alî, de Dja<sup>c</sup>far ibn-Mohammed, de Musâ ibn-Dja<sup>c</sup>far, de Alî ibn-Musâ, de Mohammed ibn-Alî, de Alî al-<sup>c</sup>Askarî, de al-Hasan ibn-Alî et de Mohammed ibn-al-Hasan. Auctor horum imamatum defendit et fuit igitur ex iis qui dicuntur الاثنى عشرية.

Aliud exemplar in bibliothecis Europaeis non exstat; subscriptionem autem male intellexit Landberg, quum verba على — وارضاه et iterum يتلوه usque ad finem sint verba librarii, cetera autem auctoris in archetypo autographo obvia. Auctor igitur testatur se hunc librum composuisse anno 650, sed apographon nostrum est discipuli cujusdam sine anni nota sed ejusdem fere aetatis. Editum est Teherani una cum opere Sibt ibn-al-Djauzî (supra n. DCCCCVI) anno 1287. Fragmentum incipit p. ٣٩, l. 6 a f.

DCCCCXIV. (Cod. 1984 = Amîn 261).

«الحدائق الورديّة، في ذكر أئمّة الزيديّة» auctore Homaid ibn-Ahmed al-Mahallî + 652. De auctore quaedam refert Khazradjî in historia sua Jemanae Cod. Leid. 302, p. 165, plura leguntur in ipso tituli folio. Hujus autem libri minime primum volumen

possidemus sed exile fragmentum vel potius plura folia ad varias partes voluminis primi pertinentia. Casu exordium et finis supersunt ita ut falsa species oriatur. Operis descriptionem dedit Rieu Suppl. p. 329 seq.

Duo priora et ultimum folium ad librum non pertinent. Quae supersunt 27 folia anno 1067 sunt exarata.

DCCCCXV. (Cod. 2326 = Amîn 608).

رسالة السُّلالة الزينبيّة, tractatulus as-Sojutîi de posteris Zainabi filiae Fâtimae in quo agitur quaestio utrum posteri Zainabi iisdem juribus utantur ac ceteri Alidae e filiis Alîi progeniti necne.

Sunt foll. 118—123 Codicis in 12⁰ continentis collectionem tractatuum as-Sojutîi et bene exarati. Ad eundem Codicem pertinet Cod. 1975 (Amîn 252).

DCCCCXVI. (Cod. 1977 = Amîn 254).

Hic Codex 6 tantum folia continens revera pertinet ad Cod. 1974 (n. DCCCCXII) quum ab eodem librario prorsus eodem modo scriptus sit et de simili argumento agat atque ea quae in fine illius Codicis tractantur. Continet enim primum tractatum inscriptum: مسئلة ان امير المومنين كرّم الله وجهه اول المومنين ايمانًا واسلامًا, deinde alterum السُّؤال عن نحالته صلعم للبتول سلام الله عليها فدكا, auctore qâdhîo Ahmed ibn-Sa<sup>c</sup>d-ad-dîn ibn-al-Hosain al-Miswarî. Idem in fine Codicis 1974 annotavit nonnulla de quibusdam Zaiditarum imamis in Jemana (2 fol.), dedit catenam (سَنَد) traditionis viri Abu-'l-Ghanâïm [1]) dicti ($2^1/_2$ folia) quae statim ipsa sequitur inscripta ذكر الاسباط الاثنى عشر من ولد الحَسَنَيْن (2 folia). Anno 432 conscripta fuit. Deinde (f. 79 Codicis) composuit tractatum de Jahjâ ibn-al-Hasan al-ᶜAqîqî, qui opere de genealogia Alidarum inclaruit. Finem fecit tractatu de fetwâ in quibus rebus

1) Nomen ejus est Abdallah filius Hasani al-Zaidî al-Hosainî et functus est munere qâdhîi in urbe Damasci primo dimidio saeculi quinti. Auctor est libri de genealogia Alidarum.

improbanda sit. Haec omnia anno 1074 ex autographo al-Miswarîi descripta sunt qui ipse fere 1050 haec composuit.

DCCCCXVII. (Cod. 2023 = Amîn 300).

Fragmentum quindecim foliorum continens historiam regni imâmi Zaiditarum Jahjâ Scharaf-ad-dîn qui anno 965 obiit. Abrupte incipit in fine anni 944 et finem facit elegiis in mortem imâmi. Subscriptionis initium est تمّت السيرة الفريدة المفيدة الشاهدة لمؤلفها. Scripsit Ahmed ibn-Jahjâ ibn-al-Mofaddhal ibn-Ibrâhîm ibn-Alî ibn-Emîr-al-Muminîn Jahjâ anno 1069.

In fine est apographum testamenti imâmi al-Motawakkil ʿala-'llâhi anno 952.

DCCCCXVIII. (Cod. 1970 = Amîn 247).

«سِمْطُ ٱللَّآل، فى شُعَراء[1] الآل» auctore Ismâʿîl ibn-Mohammed ibn-al-Hasan ibn-al-Qâsim imâmi Zaiditarum qui secundum *Kholâçat al-Atzar* I, ٤١٩ et seqq. anno 1078 vel 1079 mortuus est. Argumentum libri titulo jam satis indicatur; est historia litteraria Alidarum in qua eorum res gestae paucis absolvuntur, contra dicta et carmina eorum in extenso describuntur. Multa autem continet ad elucidandam historiam Zaiditarum Jemanensium utilia.

Initium: نحمدك يا من تفضّل علينا باللسان العربى وجعلنا من افضل امّة ومن عترة خير نبىّ الخ. Auctor deinde sequentia monet: فالّفتُ هذا المختصر — وجمعت فيه ما استحسنته من شعرهم الرائق، ونظمهم الذى على كلّ نظم ونثر فائق» ولم احرص على نقل جميعه لكثرته، وانّما اخذت منه المختار فى بلاغته وعذوبته» طلبا للاختصار، واعتمادا على شهرته عند ذوى العقول والابصار» وجعلته شرحا لقصيدة كنتُ عارضت بها قصيدة الاديب يحيى بن سلامة الحصكفى المشهورة،

1) Ita bis in titulo, in praefatione ا vocis شعرا expuncta est et superinscriptum فضايل cum خ. In Codd. Mus. Brit. شعر, in *Khol.* اشعار.

الحقيقة بان تكون بالنبر مزبورة»، وذكرت فيها من قال الشعر من الائمّة.
الخارجين عن الاسلام كلّ غمّة»، واستطردت فى هذا الشرح ذكر جماعة
من مقتصدى الآل، الذين نظموا كبار اليواقوت واللآل»، وما تعرّضتُ لذكر
وفياتهم، ولا لتبيين شىء من سيرتهم، وما اتّفق فى اوقاتهم»، الّا ما كان
على سبيل الاستطراد من ذكر لطيفة تناسب ذلك المقام، وفضيلة اختصّ
بها احد من الائمّة الكرام، وطرف من سيرة مغمورة لمحتسب او امام»

In fine auctor qaçîdam addit coetanii ʿImâd-ad-dîn Jahjâ ibn-Ahmed al-ʿAbbâsi al-ʿAlawî, quae ei innotuerat postquam librum absolverat.

Codex anno 1099 currente calamo exaratus est.

Al. ex. Mus. Brit. Suppl. 673, 674 (v. Rieu p. 457 seq.)

## DCCCCXIX. (Cod. 1998 = Amîn 275).

“مَشهدُ الصَّفا، فى المَدْفُونِينَ بمِصْرَ مِن آلِ المُصْطَفى” auctore Moçtafâ aç-Çafawî Schâfiʿita qui post annum 1228 (p. Ch. 1813) scripsit (vid. f. 8 r.) et etiam chronicon composuit c. t. صَفْوَة الزَّمان (f. 4. r.) Memorantur etiam in hoc libello sepulcra nonnullorum virorum celebriorum qui non erant e familia prophetae. Exordium: نحمدك اللهم على ترايد الافضال ونصلى ونسلم على سيدنا محمد.

Sunt 20 folia bene exarata sine anni nota.

## DCCCCXX. (Cod. 2006 = Amîn 283).

Haec octo folia continent 1º كتاب مبارك فى ذكر مشاهد الاشراف وبعض الصحابة الذين قتلهم بنو امية الخ (2 folia); 2º شرح ما قاله القسمطينى المنسوب بخط ابن حجر المكتوب منه agens de familiis Schariforum diversis locis Maghribi domicilium habentibus (2 fol.); 3º زيارة سيدنا الحسين رضه quid visitatori sepulcri sancti dicendum erit (4 fol.)

De Codicis habitu vide ad numerum sequentem.

DCCCCXXI. (Cod. 1983 = Amîn 260).

„القَوْلُ الجَلِيّ، في فَضَائِلِ سَيِّدِنا عليّ“ auctore anonymo. Sunt tria folia quibus insequuntur tria alia eadem manu exarata quae inscribuntur رسالةٌ في المَوْلِد الشَّرِيف de institutione hujus festi, item anonyma.

Codex charactere majusculo scriptus in subscriptione annum 1106 habet. Sunt folia nonnulla e majore Codice ad quem etiam pertinet praecedens numerus.

7. HISTORIA MECCAE ET MEDINAE.

DCCCCXXII. (Cod. 424 Warn.)

Historia Meccae auctore al-Azraqî (+ 223), quae omnium antiquissima est. Titulus in Codice est: كتاب أَخْبار مَكّة شرّفها الله تعالى وما جاء فيها من الآثار تاليف ابى الوليد محمّد بن عبد الله بن احمد بن محمّد الأَزْرَقى رواية ابى محمّد اسحق بن احمد بن اسحق بن نافع الخُزاعى, et post *bismillam* incipit liber ab his verbis: اخبرنى والدى الفقيه الامام المحدّث صدر الدين بقيّة المشايخ ابو حفص عمر بن عبد المجيد بن عُمر القرشىّ الميانسىّ رحمة الله عليه قال ثنا (i. e. حدثنا) القاضى الامام ابو المظفّر محمّد بن علىّ بن الحسين الشامىّ الطبرىّ عن جدّه الشيخ الامام الحسين وعن الشيخ ابى الحسن علىّ بن خلف الشامىّ عن خلف بن هبة [الله] الشامىّ عن ابى محمّد الحسن بن محمّد بن فراس عن ابى الحسن محمّد بن نافع الخزاعىّ عن ابى محمّد اسحق بن احمد الخزاعىّ عن ابى الوليد محمد بن عبد الله بن محمّد (احمد .l) بن محمّد الازرقىّ رضه.

Codex, currente calamo exaratus, punctis diacriticis saepissime omissis, nonnunquam est lectu difficilis. Secundum subscriptionem

tum partis prioris quum totius operis anno 737 est scriptus. Vid. porro praefationem Wüstenfeldi ad editionem (*die Chroniken der Stadt Mekka* I).

DCCCCXXIII. (Cod. 2022 = Amîn 299).

Fragmentum majus ejusdem historiae quod incipit a p. ٧, l. 15 in editione Wüstenfeld et pergit ad p. ٣٢٠, l. 7.

Codex satis antiquus est et probabiliter ad saeculum fere septimum Hidjrae referendus est.

Alia exempl.: Paris. 1628, 1629; Bodl. (Uri) 791, 826; Cantabr. (Browne) 17; Goth. 1705; Mus. Asiat. Petr. 597 (Rosen), 152 (1); Berol. (Ahlw.) 9751, 9752. Cf. Mus. Brit. Suppl. 575.

DCCCCXXIV. (Cod. 463 Warn.)

Secundum idque ultimum volumen Historiae Meccae, ab Abu-Abdallah Mohammed ibn-Ishâq ibn-al-ᶜAbbâs al-Fâkihî conscriptae, qui anno 272 adhuc inter vivos erat. Cf. Wüstenfeld l.l.

Agit hoc volumen de Templo et de variis ritibus sacris; de cursu inter aç-Çafâ et al-Marwa; de Ibn-az-Zobairo; de variorum virorum orationibus (*khotba*). Enumerantur praeterea Meccae praefecti, agiturque de locis circumjacentibus et reliquis templis. Singula capita enumerantur in copioso indice, qui libro praemissus est et haud minus quam viginti paginas formae maximae occupat.

Spissus hic Codex, cujus volumen prius deperditum 275 foliis formae maximae constabat, alterum 266 continet, Meccae exaratus est anno 877. Aliud exemplar mihi non innotuit.

DCCCCXXV. (Cod. 493 (4) Warn.)

„عَرْفُ ٱلطِّيبِ، مِنْ أَخْبَارِ مَكَّةَ وَمَدِينَةِ ٱلْحَبِيبِ“, cujus libri, Hâdjî-Khalîfae incogniti, auctor in Codice non nominatur; floruisse vero videtur septimo Arabum saeculo, nam in praefatione testatur, se duos libros secutum esse, quorum unus est al-Azraqî (+ 223) opus, quod legerat coram ᶜIzz-ad-dîn al-Hosain ibn-Mohammed as-

Schâfiᶜî; qui illud legerat coram Fakhr-ad-dîn Abu-'l-Hasan Alî ibn-Ahmed al-Maqdisî; qui illud legerat coram Abu-'l-Faradj ibn-al-Djauzî (+ 597). Alterum quod secutus est opus, est جامع الاصول, auctore Ibn-al-Atzîr (+ 606), quod etiam coram ᶜIzz-ad-dîn as-Schâfiᶜî legerat; qui illud legerat coram alio; qui illud legerat coram ipso Ibn-al-Atzîro.

Liber in tria capita divisus est, quorum primum agit de Templo Meccano ejusque fatis, secundum de reliquis locis sacris quae Meccae et Medinae sunt, tertium de sacris ritibus caet.

Sunt 24 paginae formae maximae, non male exaratae anno 830. Alius Codex mihi non innotuit.

DCCCCXXVI. (Cod. 160 Gol.)

كتاب الاعلام، باعلام بيت الله الحرام" auctore *Qotb-ad-dîn* Mohammed ibn-ᶜAlâ-ad-dîn Ahmed an-Nahrawâlî al-Mekkî (+ 990); de quo opere cf. de Sacy in *Notices et Extraits* Vol. IV, et imprimis Wüstenfeld in praefatione ad editionem (*die Chroniken der Stadt Mekka* III).

Codex bene exaratus est anno 1008.

DCCCCXXVII. (Cod. 599 Warn.)

Alterum exemplar, anno 1009 exaratum, quod secundum Wüstenfeld aliis praestat.

DCCCCXXVIII. (Cod. 690 Warn.)

Tertium exemplar, anno 1012 exaratum, secundum Wüstenfeld parvi valoris.

DCCCCXXIX. (Cod. 700 Warn.)

Quartum exemplar bonae notae, in cujus subscriptione commemoratur quidem annus compositi operis (985), non vero tempus quo hoc exemplar exaratum est.

DCCCCXXX. (Cod. 2013 = Amîn 290).

Quintum exemplar anno 1000 bene exaratum, sed praesertim in ultima parte a vermibus male habitum.

DCCCCXXXI. (Cod. 832 (1) Warn.)

Compendium ejusdem libri, factum ab Abd-al-Karîm ibn-Mohibb-ad-dîn ibn-ʿAlâ-ad-dîn, filio fratris Qotb-ad-dîni (quem عمّى vocat in praefatione et in subscriptione quas edidit Wüstenfeld l.l.) anno 1000; compendio titulum dedit: "اعْلامُ العُلَماء الأعْلَام، ببناء المَسْجد الحَرام". Additum est mandatum regium de legatis e quorum proventu Kaʿbae vestimenta renovanda erunt, de quo in praecedentibus mentio erat facta, quodque sic inscriptum est: صورة كتاب الوقف الشريف السلطانىّ الامامىّ الاعظمىّ الخاقانىّ الأعدلىّ المظفّرىّ السليمانىّ الوارد من خدمة الاعتاب الشريفة السلطانيّة، الى الديار المصريّة" الخ; hoc mandato descripto (anni nota est 1005) sequuntur duae pulchrae tabulae, in quarum una templum Meccanum delineatum est, singulis ejus partibus earum nominibus adscriptis; in altera delineatum est intervallum inter duas colles Marwa et Çafâ.

Codex optime exaratus est anno 1006.

Alia exempl. operis Qotb-ad-dîni: Paris. 1637—40, 1641 (1), 1642; Mus. Brit. 326, 327; Cantabr. (Browne) 42—44; Tübing. 23; Berol. (Ahlw.) 6065—66; Goth. 1708, 1709; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 181; Vatic. 284. Editus est Qâhirae anno 1303. Versio Turcica est in Bibl. Caes. Vind. (Flügel 895), in Bibl. Acad. Orient. Vind. (n. 260) et in Bibl. Goth. (Pertsch 158); Kasani edita est a Gothwald. Compendium Abd-al-Karîmi est in Mus. Brit. (Suppl. 1285).

DCCCCXXXII. (Cod. 560 (16) Warn.)

ذكر ما ورد فى بنيان الكعبة المعظّمة auctore al-Maqrîzio (+ 845), ab ipso auctore correctum. Sunt 45 pag. anno 842 scriptae.

DCCCCXXXIII. (Cod. 2020 = Amîn 297).

Haec 4 folia titulo carent sed continent descriptionem 1º terrae motus et ignis quae devastarunt regionem urbis al-Medinae anno

654 mense Djomâda II, necnon 2° incendii quo eodem anno mense Ramadhân delubrum Medinense conflagratum fuit. Ad calcem prioris legimus haec scripta fuisse anno 1064, in fine posterioris رواه الفقيه العالم احمد بن موسى بن على بن عجيل رحمه عن ابيه (cum كذا) العالم ابن العسلى.

## DCCCCXXXIV. (Cod. 832 (2) Warn).

„وَفَاءُ ٱلْوَفَا بِمَا يَجِبُ بِحَضْرَةِ ٱلْمُصْطَفَى" auctore Alî ibu-Abdallah ibu-Ahmed al-Hasanî as-Schâfiʿî *as-Samhûdî*, qui hunc librum, ut ex subscriptione apparet, anno 876 absolvit.

In praefatione dicit auctor, se multas historias Medinae legisse et ex illis maximo cum stupore didicisse haec: أَنَّ المسجد الشريف لمّا احترق فى سنة ٦٥٤ سقط من سقفه ما كان على اعلا الحجرة المقدّسة فوقع على سقف بيت النبى صلعم فوقعا جميعًا على القبور المقدّسة ثم لمّا ابتدءوا بالعمارة قصدوا ازالة ما على القبور المقدّسة فلم يجسروا على ذلك وتركوه على ما هو عليه كما سيأتى الاشارة اليه. Epistola hac de re missa est ad khalîfam Bagdâdensem, qui bello adversus Tataros impeditus est quominus responderet; deinde interfectus est corruitque khalifatus. Scriptori nostro rudera ista de quibus dixit, amovenda visa sunt, et hanc suam sententiam prodidit in libro c. t. „دفع التعرّض والانكار، لبسط روضة المختار"; idem argumentum denuo in hoc libro tractat, qui in tria capita et conclusionem divisus est. Caput primum agit de incendio anni 654; in secundo demonstrat auctor, rudera esse amovenda; in tertio ostendit, Medinenses qui incendii tempore vivebant, ruderibus amovendis impares fuisse ideoque vestigia eorum non premenda esse; in conclusione denique agit de quibusdam aliis rebus, ad mosqueam spectantibus. Auctor idem est cui historiam Medinae debemus.

Codex anno 1006 bene exaratus est. Alia exempl.: Esc. 1702;

Cantabr. (K. C.) 99; Mus. Brit. 328. Compendium c. t. خلاصة الوفا Paris. 1634—36; 2252 (2); Mus. Brit. 329, Suppl. 1284; Mon. 381; Berol. (Ahlw.) 9759 Cantabr. (Browne) 349.

DCCCCXXXV. (Cod. 2012 = Amîn 289).

«تُحْفَةُ الكِرَام، فى أَخْبَارِ البَلَدِ الحَرَام» auctore Abu-t-Taijib Mohammed ibn-Ahmed ibn-Alî ibn-Abd-ar-Rahmân Taqî-ad-dîn *al-Fâsî* + 832, de quo opere cf. Wüstenfeld, *Die Chroniken der Stadt Mekka* II, Praef. XIV. Est epitome ex opere majore c. t. «شفاء الغرام، باخبار البلد الحرام».

Codex olim continebat 188 folia, sed casu quodam fol. 1—49 perierunt, ceterum satis bene exaratus est anno 907.

Al. ex. memorantur a Wüstenfeld l.l.

DCCCCXXXVI. (Cod. 2019 = Amîn 296).

«الجامعُ اللّطيف، فى فَضْل مَكّة وأَهْلها وبناء البَيْت الشَّريف» auctore Mohammed Djâr-Allâh ibn-Amîn *ibn-Tzohaira* (ظهيرة) al-Qoraschî Meccano qui hoc opus anno 960 absolvit. Cf. Wüstenfeld, *Die Chroniken der Stadt Mekka* II, Praef. XXII. Ab eo praefatio, introductio et fragmenta aliquot edita sunt secundum Cod. Gothanum n. 1707 apud Pertsch, III, 300, q. v. Bonus Codex noster anno 1096 descriptus est e Codice quem ipse auctor sibi scribi jusserat quemque ipse cum autographo contulerat. Sunt 111 folia.

DCCCCXXXVII. (Cod. 2011 (2) = Amîn 288).

«ابْتهاجُ الانْسان والزَّمَن، فى الاحْسان الواصل للحرمَين من اليَمَن، بمَوْلانا الوَزير العادل البشا حَسَن» de beneficiis igitur quibus Hasan Paschâ, qui anno 988 Jemanae praefectus est, affecit urbes sanctas, auctore Mohammed ibn-Qotb-ad-dîn ibn-ʿAlâ-ad-dîn an-Nahrawânî (sic), illo probabiliter filio Qotb-ad-dîni, quem in Jemana munere judicis functum fuisse docemur notâ quam dedit Wüstenfeld l.l. X seq. Scripsit hic anno 1005 eodemque anno Codex (non autogra-

phus) scriptus est. Incipit verbis الحمد لله الذى جعل حجّ البيت العتيق بعميم هداه من اركان الاسلام.

Alterum exemplar mihi non innotuit.

DCCCCXXXVIII. (Cod. 2017 = Amîn ٨٥٤).

„اسْعادُ آل عُثْمان المُكَرَّم، ببِنَاء بَيْتِ اللّٰه المُحَرَّم" auctore Hasan as-Schoronbolâlî al-Wafâ'î Hanafita. Agit tractatus de aedificando templo Meccano et quaestionibus quibus ansam dedit, quum a vehementi torrente, quales saepius Meccae occurrunt, anno 1039 delubrum Meccanum grave damnum passum esset. Cf. *Kholâsat al-Atzar* IV, 339 infra seqq. et 361. Praecipua quaestio quae agitur haec est unde solvendi sint sumptus ad restaurandam Kaabam necessarii.

Sunt 7 folia non male exarata anno 1040.

DCCCCXXXIX. (Cod. 1743 = Amîn 7).

„هِدَايَةُ الزُّوَّار، إلى زِيَارَةِ ما بمكّة المشرَّفة ونَوَاحيها من مَشْهُورِ الآثار" Libri argumentum hocce titulo satis indicatur, sed auctoris nomen incertum est. Repeto igitur verba quae jam descripsit Landberg in fronte Codicis manu Schaikhi Amîn exarata هذا التاريخ بخطّ مؤلّفه بدليل المحو والشطب والتخاريج وكان موجودا بمكّة فى عيد المولد سنة ١١٠١ كما ذكره فى الهامش بعد ثلاثة اوراق ويظهر من كلامه انه من تلاميذ الشيخ علىّ الشبراملّسىّ كما ذكره بعد اربعة اوراق وكان مسكنه بمكّة بسوق الليل كما ذكره بعد خمسة اوراق وذكر بعد ثمانية اوراق ان جدّه عمر بن الخطّاب رضه وذكر ايضا بعد احدى وعشرين ورقة ان شيخه الشيخ احمد النخلىّ المكّى وذكر بعد ثلاثة وعشرين ورقة ان شيخه الشيخ محمّد النبلاوىّ الدمياطىّ. Patet ex his auctorem vixisse Meccae ± 1101.

Sunt 37 folia manu auctoris, ut cum Amîno censeo, distincte exarata.

DCCCCXL. (Cod. 1627).

Opusculum pulcherrime scriptum, cum inscriptione auro ornata رسالة الحسن البصرى فى فضايل مكة. Est vero diversum ab eo quod in Catal. Goth. I, 54 et 72 (Cod. 23 (3) et 30 (1)) et ab eo quod in Catal. Vindob. II, 122 (Cod. 893 (1)) describitur. Post bismillam et doxologiam incipit verbis من عبد الله بن عدى بن حمراء رضه قال رايت رسول الله صلعم واقفا على لحزورة الخ quam traditionem excipit narratio a Wahb ibn Monabbih. Haec, ait auctor, corroborat epistola quam scripsit al-Hasan ibn-abi-'l-Hasan al-Baçrî (+ 110) ad fratrem in Deo, nomine Abd-ar-Rahmân ibn-Anas, Meccae degentem, qui locum sanctum relinquere voluit, a quo consilio al-Hasan eum avertere conatur. Epistola incipit post bismillam verbis حفظك الله يا اخى بحفظ الايمان.

Anno 1009 scriptus est Codex a Mohammed ibn-ʿIsâ ibn-Morschid al-Omarî al-Hanafî deinde dedicatione ornatus ad Judicem supremum al-Hosain quum Meccam visitaret anno القاضى بمكة i. e. 1014.

Emtus Amstelodami anno 1849 e Bibl. Huët (Catal. p. 33 n. 448), in quam venit e Bibl. Nedermeijer Bosch. In primo folio legimus: Emi Lutetiae Parisiorum die 8 Martis 1747. G. Meerman.

8. HISTORIA JEMANAE. [1])

DCCCCXLI. (Cod. 1967 = Amîn 244.)

السمط الغالى الثمن، فى اخبار الملوك من الغز فى اليمن“ auctore Mohammed ibn-Hâtim al-Jamanî al-Hamdânî qui sub finem saeculi septimi scripsit. Uberiorem descriptionem omitto quum lectorem relegare possim ad Cat. Mus. Brit. p. 716 sub num. 1584, ubi alterum exemplar hujus operis describitur.

Apographon nostrum anni nota caret, sed quum in fronte Codicis

1) De Jemana cf. etiam supra nos DCCCCXIV, DCCCCXVII, DCCCCXVIII, et infra sectionem de biographia miscella.

adscriptum sit illud confectum esse jussu imâmi al-Mahdî ibn-ᶜIzz-ad-dîn, satis constat illud exaratum esse sub finem saeculi decimi probabiliter in urbe Çanᶜâ, quum hic imâmus Zaiditarum anno 978 diem supremum obierit. Scripturae ductus non omni elegantia caret, sed puncta diacritica saepius omissa sunt. In fine mutilus est.

DCCCCXLII. (Cod. 302 Warn.)

"تَارِيخُ ٱلْكِفَايَةِ وَٱلْإِعْلَام، فِيمَنْ وَلِيَ ٱلْيَمَن وَسَكَنَهَا مِنَ ٱلْإِسْلَام"

auctore Alî ibn-al-Hasan al-Khazradjî (+ 812).

Incipit hoc volumen a capite quarto, quod de praestantia Jemanae et de iis, qui Çanᶜâæ et Adeni regnarunt, agit; sed ut librum emturus putaret, integrum opus hoc volumine contineri, verbis الباب الرابع, a librario minio scriptis, bibliopola atramento superinscripsit haec: الفصل الاول ولا اول الا الله. Hujus capitis sectio secunda (p. 5) agit de conversione Jemanensium ad Islâmismum et de praefectis, a Propheta huic regioni praepositis. Sectio tertia (p. 12) agit de Jemanae praefectis inde a Prophetae morte usque ad Omaijadas; qui ab his Jemanae praepositi sunt in sectione quarta (p. 17) enumerantur. Sectio quinta (p. 20) agit de praefectis, ab Abbâsidis constitutis; sexta (p. 30) de Qarmatis in Jemana; septima (p. 38) de emîris qui Çanᶜâ sunt potiti; octava (p. 47) de Çolaihidis; nona (p. 59) de iis qui post hos Çanᶜâæ regnarunt; decima (p. 68) فى اخبار الدولة الزريعية واستيلاء الزريعيين على عدن.

Caput quintum (p. 77), quod libri ultimum est, agit de emiris, regibus et weziris Zabîdi. Divisum est in duodecim sectiones, quarum prima agit de Zabîdo aedificato et de imperio Zijâditarum; secunda (p. 82) de regibus Habessiniis e stirpe Nadjâhi in Jemana; tertia (p. 88) de weziris e stirpe Nadjâhi; quarta (p. 97) de Alî ibn-Mahdî et de everso Habessiniorum imperio; quinta (p. 108) de Aijûbidis; sexta (p. 139) de Rasûlidis. Reliquae sectiones de singulis principibus ex Rasûlidarum stirpe agunt; nempe septima (p. 153) de al-Motzaffar; octava (p. 200) de al-Malik al-Aschraf; nona (p. 204) de al-Malik al-Moaijad; decima (p. 247) de al-Malik

al-Modjâhid; undecima (p. 303) de al-Afdhal; duodecima denique (p. 324) de al-Aschraf.

Codex, 384 foliis formae maximae constans, anno 948 exaratus est. Recte Hoogvliet (cui Codicem quondam tradiderat Hamaker, ut notaret e rebus in eo narratis eas, quae deëssent in Johannseni *Historia Jemanae*, utque imprimis etiam rationem haberet eorum locorum, e quibus nostra regionis Jemanensis notitia augeri posset, quo Indicem Geographicum, a Johannseno operi suo adjunctum, suppleret; v. Hoogvlieti praefationem ad librum c. t. *Diversorum Scriptorum loci de Aphtasidis*): »Quamvis Codex," ait, »non ita male scriptus sit, lectio tamen ejus difficillima redditur eo, quod puncta diacritica in illo passim desunt, et saepissime quidem iis vocabulis, quibus maxime necessaria sunt, quin imo innumeris etiam in locis nominibus propriis." — Caeterum una haec est e *tribus* Jemanae historiis, ab al-Khazradjîo compositis (cf. Hâdjî-Khalîfa, II, p. 159); nempe illa quae secundum dynastiarum seriem ordinata est. De secunda, secundum ordinem alphabeticum disposita, infra dicturus sum ubi ad opera biographica pervenero.

Codici addidi elegiam in mortem al-Aschrafi quam vir clarissimus Redhouse anno 1887 e Khazradjîi opere العقود اللؤلؤية، فى اخبار الدولة الرسوليه", cujus exemplar in bibl. India Office Londinii servatur (Loth 710), descripsit et ad me misit.

## DCCCCXLIII. (Cod. 1972 = Amîn 249.)

رَوْضَةُ الأَخْبَار، ونُزْهَةُ الأَسْمَار، فى حَوَادِثِ اليَمَنِ الكِبَار، فى الحُصُونِ والأَمْصَار", auctore Idrîs ibn-al-Hosain ibn-Abdallah ibn-Alî al-'Anf, qui ut ex hoc libro patet floruit dimidio posteriore saeculi noni [1]). Probabiliter fuit e numero Alidarum Jemanensium et proavus ejus Alî cognomine الانف ab aliis viris ejusdem nominis distinguitur quum nomen Alî frequentissimum sit inter Alidas. Male autem adscripsit Schaikhus Amîn المكرمى القرمطى cum annotatione وهم المكارمة والقرامطة ويسمّون بالبُهْرا فى ارض الهند الآن وهم دائما يسترون مذهبهم

1) Notitiam ejus in libro biographico Abu-Makhramae (Cod. 1956) non inveni.

وعقائدهم سترا شديدا اشدّ من التقيّة. Nam ii qui dicuntur المكارمة sine dubio nomen habebant ab illo Schaikho al-Makramî dicto de quo plura narrat Niebuhr in descriptione Arabiae (*Beschreibung von Arabien* 1772, p. 272 sqq.) et hic Schaikh fere eodem tempore quo Niebuhr Jemanam peragrabat res novas in rebus theologicis molitus est. Fortasse Shaikhum Amîn in errorem duxerunt verba alicujus lectoris in titulo: هذا الكتاب من كتب الباطنيّة يذكر فيه مؤلّفه ما جرا من حوادث اليمن ولم يكن الغرض من تحصيله الّا ليطلع الناظر على عداوته للايمّة عمّ ومحبّته اعدائهم (sic) neenon in fine libri quae ita fere audiunt: ما اظنّ انحس ولا اشأم من هذا ابن الانف فانه تعصب لبنى طاهر ونافق لهم واذا ظفروا مدحهم واذا غُلبوا قال مُكر بهم وغُدر واستمرّت نحاسته حتى سرت الى مخدومه عامر فلما ودعه الى جهنّم رثاه بشىء يشبه الشعر وليس بشعر ونظيره اسجاعه التى تقدّمت من قسيم صرير الباب وطنين الذباب قبحه الله Hisce verbis nescio quis auctorem accusat quippe qui in rebus describendis quae in Jemana locum habuerint inter duos fratres al-Malik-al-Modjâhid Alî et al-Malik al-Tzâfir ʿAmir e gente Tâhiridarum (859—870) — cf. Johannsen, *Historia Jemanae* p. 186 et seqq. — partium studio flagrasset, in gratiam Tâhiridarum quorum alter al-Malik at-Tzâfir ʿAmir ibn-Tâhir anno 870 in expeditione adversus Çanʿâam trucidatus est [1]). Revera liber noster explicit in elegia auctoris in mortem hujus principis, neque aliud quidquam continet quam historiam Jemanae regnantibus Tâhiridis. Incipit: الحمد لله المحمود المعبود المنزه ان يحيط به الاقطار والحدود وخالق الخ

Aliud exemplar mihi non innotuit; Codex noster exaratus est anno 991; puncta diacritica saepe desunt.

---

1) Die 14mo mensis Dzu 'l-Qaʿdae secundum nostrum, die 7mo secundum Johannsen l.l. p. 201.

## DCCCCXLIV. (Cod. 1683).

„البرق اليمانى، فى الفتح العثمانى“, historia expugnationis Jemanae per Turcas, auctore Qotb-ad-dîn al-Mekkî (+ 990). Habemus hic editionem priorem, nisi quod divisionem in tria capita cum editione altera communem habet. Cf. de hoc opere de Sacy in *Notices et Extraits* IV, p. 412—521.

Codex a diversis manibus exaratus est. Pars antiquior, anno 1019 est anterior; tertia ferme pars Codicis a manu Europaea est addita. Desideratur a medio capite 20mo libri tertii ad finem operis.

Emtus anno 1860 in auctione publica Parisiis habita.

Alia ex.: Gotha (Pertsch) 1616; Bodl. (Uri) 839; Mus. Asiat. Petrop. (Rosen) 182; Havn. 140; Escur. 1715, 1716; Vindob. 977; Berol. (Ahlw.) 9742; Paris. 1644—1650, vid. Sacy l.l. p. 415 seqq.; Mus. Brit. 1646 et Suppl. (Rieu) 588; Const. Köpr. 1013.

## DCCCCXLV. (Cod. 447 Warn.)

„الروض الحسن، فى أخبار سير مولانا صاحب السعادة الباشا حسن، فى أيام ولايته باقليم اليمن“, auctore ᶜAmir ibn-Mohammed ibn-Hasan ar-Roᶜâmî [1]), qui exeunte decimo Arabum saeculo floruit; ex quo Codice Rutgers suam *Historiam Jemanae sub Hasano Pascha* concinnavit; in cujus libri praefatione cum de opere ipso tum de Codice exposuit.

## DCCCCXLVI. (Cod. 1969 = Amîn 246).

طبق الحلوى وصحاف المن والسلوى auctore Abdallah ibn-Alî al-Wazîr qui, ut mox patebit, anno 1181 scripsit.

Est historia Jemanae secundum singulos annos disposita ab anno H. 1046—1090 et in duas partes divisa quorum altera initium facit ab anno 1081. Primum folium Codicis periit sed in fine

---

1) Ita legit Rutgers. Mihi in Codice الدعامى exstare videtur.

partis alterius haec exstat subscriptio: قال المؤلف حفظه الله فى نسخته المنقول هذه منها من خطه والى هنا انتهى الجزء الثانى من طبق الحلوى وصحاف المن والسلوى تاريخ نقل الناقل المنقول هذا منه سنة ١١١٨ حرر الان فى شهر ربيع الآخر سنة ١١٨١ على يد جامعه الفقير عبد الله بن على الوزير سامحه الله وصلى الله على سيدنا محمد وآله وسلم. Sequitur deinde: ترجمة صاحب هذا المجموع انتهى كما وجد منقول (sic) من نسخة الصبا quae duas paginas implet sed nihil continet de vita auctoris et tantum versatur in celebrandis laudibus ejus. Priora 56 folia Codicis bene et nitide scripta sunt, cetera festinantius exarata quamquam satis distincte et accurate. Quod ad ipsum librum attinet ex subscriptione minime sequitur nos habere finem operis, quum tantum testetur auctor explicere partem secundam; utrum posteriores partes exstent necne non liquet.

Codicem anno 1181 esse exaratum ex autographo auctoris totidem verbis subscriptio supra jam data docet. In breviore subscriptione partis prioris idem affirmatur. Ad calcem libri est nota possessoris anno 1259 scripta.

Alterum exemplar exstat in Mus. Brit. Suppl. (Rieu) 592.

## 9. HISTORIA SYRIAE.

### DCCCCXLVII. (Cod. 82 (2) Gol.)

„بَاعِثُ النُّفُوس، إِلَى زِيَارَةِ القُدْسِ المَحْرُوس“ auctore Borhân-ad-dîn al-Fazârî as-Schâfiʿî (Abu-Ishâq Ibrâhîm ibn-Abd-ar-Rahmân ibn-al-Firkâh) qui anno 729 obiit. Opusculum (23 pag.) in 13 sectiones divisum est, quarum titulos dedit Ahlwardt in Catal. Berol. V, 405. Egit de eo de Guignes in *Not. et Extr.* III, p. 605 seqq. qui Codice Parisino usus est.

Praecedit opusculum (11 pag.) de Salomone rege creato, de annulo, de dotibus quibus Deus eum ornavit et imprimis de aedificatione templi Hierosolymitani. Cod. Paris. eundem tractatum

continet (v. *Not. et Extr.* p. 608). Opuscula scripta sunt eadem manu qua 82 (1), itaque anno 936.

DCCCCXLVIII. (Cod. 824 (6) Warn.)

Idem libellus, sine anni nota.

Al. ex. Paris. 2254 (anc. fonds 837); Berol. Ahlw. 6093 (2), 6094 (1); Argentor. (Spitta) apud Nöldeke, Z.D.M.G. XL. 311.

DCCCCXLIX. (Cod. 931 Warn.)

«مُثِيرُ ٱلْغَرَامِ، إِلَى زِيَارَةِ ٱلْقُدْسِ وَٱلشَّامِ» auctore (in nostro Codice non commemorato) Schihâb-ad-dîn Abu-Mahmûd Ahmed ibn-Mohammed al-Maqdisî as-Schâfiî (+ 765), qui hoc opus anno 752 absolvit, ut ipse ad calcem libri affirmat.

Liber in duas partes divisus est, quarum prima de Syria, altera de templo Hierosolymitano agit. In fine libri agit auctor de praeclaris viris qui Hierosolymis habitarunt. Cf. porro quae Pertsch III, 305 seqq. scripsit.

Nitidus est Codex, anno 875 exaratus. Al. exempl. Paris. 1667—1669; Lee 28; Goth. (Pertsch) 1715; Berol. (Ahlw.) 6095, 6096, 6097 (compendium); Cid-Hammouda (p. 17).

DCCCCL. (Cod. 1032 Warn.)

«إِتْحَافُ ٱلْأَخِصَّا، بِفَضَائِلِ ٱلْمَسْجِدِ ٱلْأَقْصَى» auctore, ut in nostro Codice legitur, Schams-ad-dîn Abu-Abdallah Mohammed ibn-Schihâb-ad-dîn Abu-'l-Abbâs Ahmed al-Minhâdjî al-Osjutî as-Schâfi'î, qui in fine testatur, se librum anno 875 absolvisse. In nonnullis aliis libri exemplaribus nomen aliter traditur (cf. quae scripsit Pertsch III, 309), sed testimonium Codicis nostri magnae auctoritatis est, quippe scripti vivo auctore, cujus post nomen additur in titulo امتع الله بحياته. Est liber ille cujus versionem Anglicam anno 1836 edidit Reynolds.

Codex anno 896 exaratus est.

De aliis exempl. v. Pertsch l.l. Add. Berol. (Ahlw.) 6099, 6100;

Mus. Brit. (Suppl.) 572; Paris. 2255—2257; Inst. or. Petrop. (Rosen Coll. scientif. 42).

DCCCCLI (Cod. 1593).

Excerptum ex opere c. t. «نُزْهَةُ النَّوَاظِرِ، فِى رَوْضِ الْمَنَاظِرِ» scripto a Mohibb-ad-dîn Abu-'l-Fadhl Mohammed *ibn-as-Schihna* al-Halabî (+ 890). Codex incipit verbis الحمد لله القديم الابدى، الازلى السرمدى» مكوّر الليل على النهار، عبرة لاولى الابصار» quae in aliis operis exemplaribus paullum aliter audiunt [1]). Auctor deinde dicit se nullam historiam et descriptionem urbis natalis invenisse nisi chronicon Ibn-al-ʿAdîmi secundum ordinem alphabeticum dispositum, c. t. «بُغْيَةُ الطَّلَب، فى تأريخ حَلَب» praestantissimum quidem sed, ait, كما اخبرنى بذلك الامير النقيب بدر الدين الحُسَينى نقيب السادة الاشراف بالمملكة الحلبية رحمه ان مسوّدته كانت تبلغ نحو اربعين جزءًا كُباراً والمبيّضة تجىء كذلك لكن اخترمته المنيّة قبل اكمال تبييضه (لامنيّة Cod. 1444) وتفرّقت قبل الفتنة التيمريّة فلا نجد الآن منها الّا نزرًا لم اقف منها الّا على جزءٍ واحد حدّثنى بخطّه فيه بعض حرف الميم وفيه ترجمة الملك العادل نور الدين محمود وترجمة جدّى الامير حُسام الدين محمود شحنة حلب وبعض تراجم غيرها وهو عندى وبلغنى انه ذكر فى الجزء الاوّل منه خصائص حلب وفضائلها ومعاملاتها ومضافاتها لكن رايت الامام العلّامة شمس الدين ابا عبد الله محمّد بن على بن ابراهيم بن شدّاد الحلبى الّف كتابًا سمّاه الأعلاقَ الخَطِيرَه، فى أُمَرَاءِ الشامِ والجَزِيرَه» ذكر فيه اخبار الشام ولاجل ذلك احببت ان اذيّل على تاريخ ابن العديم ذيلا مختصراً مفيدًا غير متطوّلا وسمّيته الدُرّ المُنْتَخَب، فى تاريخ

1) Quod Ahlwardt IX, 287*b* habet مكون, Pertsch III, 314 مكرر vitiosum est.

مَمْلَكة حَلَب„ وها انا اشرع فى ذكر الفصول على وجه الاختصار، مستعينا فى ذلك بالواحد القهّار„ والله يقول الحقّ وهو مُهدى السبيل، وحسبى الله ونعم الوكيل„. Quoniam auctor avum appellat Hosâm ad-dîn Mahmûd qui urbis Halabi شحنة fuit, certum est nos hic habere praefationem Ibn-as-Schihnae ad appendicem libri Ibn al-ʿAdîmi, non opus ejusdem tituli quod Ibn-al-Khatîb (Ibn-Khatîb an-Nâçirîja + 843) composuit et cujus exemplar possident Bibl. Berol. 9791 (Ahlw.), Mus. Brit. 436 (2) vol. I, Bibl. Goth., 1772 (Pertsch) Vol. II, Bibl. Paris. 2139 vol. III. Attamen haec praefatio non pertinet ad excerptum e نزهة النواظر. Huic praemittitur post bismillam اما بعد فهذه نبذة انتخبتُها من كتاب نُزهة النواظر فى روض المناظر تاليف مولانا وسيّدنا الشيخ الامام العالم العلّامة البحر الحبر الفهّامة (Cod. 1444 tantum البحر الفهام) قاضى القُضاة مُحِبّ الدين شيخ الاسلام والمسلمين — ابى الفضل محمد بن الشحنة الحلبى الحنفى الناظر فى الاحكام الشرعيّة بالديار المصريّة وسائر الممالك الاسلامية

Sequitur deinde hujus Ibn-as-Schihnae introductio de Syriae divisione et de causis eum moventibus ut Halabum describeret, quarum est quod avus ibi الشحنكية gessit et quod ipse ibi natus et educatus fuit. Addit se imprimis secutum esse Ibn-Schaddâd (+ 684). Tituli 25 capitum in quae divisum est opus, sunt: ١ فيما جاء فى فضلها ٢ فى ذكر من بناها والطالع الذى بُنيت فيه ٣ فى وجه تسميتها واشتقاقها ٤ فى ذكر فتحها ٥ فى ذكر صفة عمارتها واسوارها ٦ فى ذكر عدد ابوابها ٧ فى ذكر قلعتها ٨ فى ذكر القصور التى كانت تسكنها ملوكها ٩ فى ذكر جامعها وجامع قلعتها وما تجدّد بها من الجوامع باطنا وظاهرا ١٠ فى ذكر المزارات التى فى باطنها وظاهرها ١١ فى ذكر المساجد التى فى باطنها وظاهرها ١٢ فى ذكر ما بباطنها وظاهرها من الخوانق والرُّبط ١٣ فى ذكر ما بباطنها وظاهرها من المدارس ١٤ فى ذكر ما بحلب واعمالها من الطلسمات والخواصّ ١٥ فى ذكر ما بباطنها

وظاهرها من الحمامات ١٦ فى ذكر نهرها وقناتها ١٧ فى ذكر ارتفاع قصبتها ١٨ فى ذكر بعض ما مُدحت به نظما ونثرا وهو جلّ مقصودنا ١٩ فى ذكر حدودها ومضافاتها القديمة والحادثة ٢٠ فى ذكر ما اختصّت به حلب من المحاسن وذكر ما اغفله ابن شداد من ذكر ما كان موجودا فى زمانه ٢١ فى ذكر ما تجدّد بها بعد ابن شداد من المساجد والمدارس والمشاهد والزوايا والتُرَب والمعاملات ٢٢ فى ذكر بعض ما بها من الحارات والدور العظام والخطط المشهورة الملوكيّة وما فى حكمها من الجُنَينات والبُحيرات والخانات ٢٣ فى ذكر الامور المختصّة بها التى توجد فيها دون غيرها ٢٤ فى ذكر متنزّهاتها ٢٥ فى ذكر احوال نُوّابها وقضاتها وامرائها وارباب وضائفها (pro وظائفها) فى هذا الزمان وذكر مدن الشام المستقلّة ✿

Codex, 210 paginis quadruplicatis constans, anno 861 exaratus est. In fine ab eodem scriba (Ma<sup>c</sup>tûq ibn-Sa'd ibn-Abdallah as-Somaisâtî) aliquot versus sunt scripti et deinde vita Motanabbîi e Tha<sup>c</sup>âlibîi *Jatîmat ad-dahri* descripta sed paullum abbreviata.

## MXXIX. (Cod. 1950.)

Vita Zamakhscharîi e duobus Codd. Ibn-Khallikâni descripta a nescio quo. Est vita n. 721.

Donum Ornat. van Boekeren.

## MXXX. (Cod. 644 (14) Warn. f. 111—118.)

Exiguum fragmentum magni operis biographici quod composuit Çalâh-ad-dîn *aç-Çafadî* (+ 764) sub titulo: الوافي بالوفيات, de quo cf. Hâdji Khal. VI, 417 et Flügel, Cat. Vindob. II, 329, n. 1163. Fragmentum tantum continet caput quartum, quintum et sextum praefationis libri de quo cf. Flügel l.l.

Sequitur f. 119 fragmentum carminis Persici.

## MXXXI. (Cod. 304 Warn.)

«طِرَازُ أَعْلَامِ ٱلزَّمَنِ ، فِي طَبَقَاتِ أَعْيَانِ ٱلْيَمَنِ» auctore Abu-'l-Hasan Alî ibn-al-Hasan al-Khazradjî (+ 812).

Codex inscriptione et subscriptione caret quidem, sed ex variis locis, in longa praefatione obviis, certi reddimur de auctore, titulo, consilio operis caet. Complurium nempe amicorum rogatu et hortante imprimis Abu-'l-Hasan Ismâ<sup>c</sup>îl ibn-al-Abbâs, quem اشرف ملوك الشام واليمن vocat [1]), auctor librum composuit ويحتوى على طبقات علماء اليمن وصحابها وازمان ملوكها وكبرائها vel, ut alio loco ait,

1) Ejus cognomen erat al-Aschraf; imperium adeptus est anno 778 et obiit anno 803. V. Johannsen, *Historia Jemanae*, p. 168—170.

de اعلام اليمن وكبرائها وملوكها وامرائها وعلمائها وعبادها ورؤسائها وزهادها. Hunc ad regem attulit, qui librum inspexit et complura in eo desiderari animadvertit; auctorem itaque docuit quo modo liber componendus esset. Principi morem gessit auctor (qui hic et alibi se ipse Alîum ibn-al-Hasan al-Khazradjî vocat, narratque se in Jemana natum esse ibique habitare) et librum composuit qui omni ex parte principis votis responderet. Tum nonnullas Prophetae sententias de Jemanae praestantia affert auctor, in causam inquirit cur sua patria *Jemen* vocata fuerit caet. (v. Cod. p. 1—7). Sequitur deinde فصل فى تقرير قواعد الكتاب, quam paragraphum hic describere non inutile erit: اعلم ايها الناظر وفقنا الله واياك ان اول

ما بدانا به فى كتابنا هذا مقدمة فى ذكر سيدنا رسول الله صلّعم اذ هو المقصود الاسنى، والغاية الحسنى،، يشتمل على نسبه — — الى يوم

وفاته — — — واذكر خلفاء الاسلام فابدا بابى بكر الصديق رضّه واختم بالمستعصم عبد الله بن المنتصر (l. المستنصر) العباسى واحدا بعد واحد على ترتيم (l. الترتيب) المعروف لكل واحد منهم فصل اذكر فيه تاريخ دولته وما حدث فى ايام مدته واختم المقدمة المذكورة بفصول اخرى اذكر فيها من ولى الخلافة بعد المعتصم (l. المستعصم) ان شاء الله تعالى وبه التوفيق ثم اشرع بعد ذلك فى مضمون الكتاب وارتب الاسماء المذكورة على ترتيب حروف المعاجم فى اصطلاح اهل اليمن فابدا بالالف التى هى صورة الهمزة ثم الباء — — — ثم اختم الكتاب بباب اذكر فيه مشاهير النساء فتصير الابواب ثلثين بابا ثمانية وعشرون

بابا بحروف المعجمة وباب للمسمّين بالكنى وبابا (l. وباب) للنساء ۞ فصل واعلم ايها الناظر — ان كتابنا هذا انما هو ماخوذ فى الغالب من كتاب الفقيه الامام الفاضل وحيد عصره، وفريد دهره،، ابى عبد الله محمد بن يعقوب بن يوسف الجندى الملقب بهاء الدين صاحب التاريخ المعروف فانه امامنا المشهور، وشيخنا المذكور،، وانما تبعنا

اثره، وصدفنا (l. وصَدَّقْنا) خبره،، واعترفنا فى (l. واغترفنا من) فضالته، وشربنا بدلالته،، ولولاه ما خضنا هذا البحر العميق، ولا وجدنا الى هذا المنزل طريق،، — — — وسميته طراز اعلام الزمن، فى طبقات اعيان اليمن،،.

Scriptor quem hic tamquam suum praeceptorem nominat noster et quem deinde saepissime laudat, nempe Bahâ-ad-dîn Abu-Abdallah

Mohammed ibn-Ja<sup>c</sup>qub ibn-Jusof *al-Djanadî*, scripsit, teste Hâdjî-Khalîfa (II, p. 159; III, p. 613), opus cui titulus „السلوك في طبقات العلماء والملوك", Lexicon biographicum virorum doctorum Jemanae, et cujus exemplaria possident Bibl. Paris n. 2127 et Köprülü n. 1107.

P. 9 incipit igitur vita Mohammedis, quam excipit p. 48 historia khalîfarum inde ab Abu-Bekro usque ad al-Mostaçimum (p. 237); historiam deinde auctor continuat usque ad mortem sultâni Aegyptii Barquq, quae anno 801 accidit. Jam quum, ut supra monui, princeps cujus monitu Alî ibn-al-Hasan al-Khazradjî librum suum composuit, scil. al-Aschraf Ismâ<sup>c</sup>îl, anno 803 mortuus sit, tuto statuere possumus, auctorem nostrum anno 801 vel sequenti opus suum scripsisse. Caeterum haec longa Prolegomena non magni sunt momenti, nam, longam annorum seriem complexus, auctor perpauca tantum eaque brevia de singulis principibus monere potuit; est Chronicon tenue et exile, nisi quod diligenter notentur Jemanae gubernatores.

Tandem p. 280 ad id quod rei caput erat, Lexicon scil. biographicum clariorum Jemanensium, transit. Sed hujus Lexici exiguam tantum partem possidemus, nam Codex noster abrupte desinit in paragrapho de Abu-'l-Hasan *Ahmed* ibn-<sup>c</sup>Alawân aç-Çufî (p. 367).

Hâdjî-Khalîfa, licet titulus quem auctor in praefatione indicavit, ei ignotus fuerit, de nostro tamen opere loquitur in v. تواريخ اليمن (II, p. 159). Ait ibi, Alîum ibn-al-Hasan al-Khazradjî tres Jemanae historias scripsisse, in quarum una annorum seriem sequitur, in altera ordinem alphabeticum (est liber de quo diximus), in tertia seriem dynastiarum (est Cod. noster 302, de quo supra dixi, n. DCCCCXLII).

Codex noster, paginas 369 formae maximae continens, negligenter et mendose scriptus est.

Alterum hujus operis exemplar possidet Mus. Brit. Suppl. (Rieu) 671.

## MXXXII. (Cod. 1366.)

Tria volumina operis cui titulus *al-Moqaffâ* (المقفّى), auctore al-Maqrîzi (+ 845). Est Lexicon biographicum, in quo vitae om-

nium virorum principum et doctorum enarrantur, qui in Aegypto floruerunt aut illam regionem visitarunt.

De his voluminibus, ipsius auctoris manu exaratis, fuse egit Dozy in opere c. t. *Notices sur quelques manuscrits arabes*, p. 8—16, sed quamquam nunc aeque ac quum ille scriberet tria volumina numeramus, moles libri magnopere accrevit quum anno 1888 volumen malâ fortunâ a hisce Codicibus separatum acceperimus e legato Ravii (v. Praef. p. XXXII). Instituto enim examine patuit novum hunc Codicem re vera partem efficere Codicis 1366 *b* qui olim male ligatus erat. Minus recte itaque dixit Dozy secundum et tertium volumen omnia fere offerre quae al-Maqrîzî de Mohammedibus dedit nam deërant tunc temporis nomina محمد بن عبد الدائم usque ad محمد بن عبد الغنى et in fine vol. secundi محمد بن على بن سهل usque ad محمد بن القسم. Neque nunc omnia habemus quae ad hoc nomen pertinent.

Volumem primum post quinque priora folia, de quibus vide infra, incipit ab iis quibus nomen erat Ibrâhîm ibn-Ismâ'îl (uno folio quo agitur de Ibrâhîm ibn-Lâdjîn malo loco inserto), tum sequuntur quorum nomen erat Ahmed sed longe abest ut omnes utriusque nominis viri enumerentur. Sequuntur nomina كلثوم, كمشبغا, لولو, denique sermo est de iis quorum nomen a littera م incipit; horum nomina, imprimis Mohammed, fere totum magnum hoc volumen implent. Ultimus qui recensetur est محمد بن طلحة بن محمد بن الحسين — القرشى. Volumen secundum ut nunc est continet nomina inde a محمد بن عبد usque ad محمد بن القسم. Lacuna plurium foliorum exstat inter foll. 49 et 52. Volumen tertium incipit a محمد بن قلاون et explicit in محمد بن يونس.

E dictis patet nos tantum possidere partem ingentis operis et quidem eam portionem quae continet eos quorum nomen erat Mohammed cum nonnullis fragmentis e literis ا, ک, ل et م. Aliud volumen itidem autographon et continens partem litterarum ط, ظ et ع est in Bibl. Paris (Cat. n. 2144).

Quinque priora folia Codicis 1366 *a* continent fragmentum fasciculi traditionum auctore ابن قطرال quod ut demonstravit Dozy (*Notices* p. 26) proprie pertinet ad Codicem nostrum 560. Describetur infra in capite »Traditio prophetae" etc.

## MXXXIII. (Cod. 560 (29).)

تراجم ملوك الغرب, tractatus, cujus initium deësse videtur (titulus ex indice volumini praemisso desumtus est), de principe Tilimsâni Abu-Hammu II (regnavit a 760—791) de ejusque decessoribus. Dozy, *Notices*, p. 26, suspicatur eum pertinere ad librum Maqrîzîi „درر العقود الفريدة، فى تراجم الأعيان المفيدة", cujus pars prior in Bibl. Gothana est, n. 1771 apud Pertsch, qui III, 353 conjecturam confirmavit. Maqrîzîi est autographon (16 ppg.). Est hoc ultimum hujus pretiosissimi voluminis opusculum, nisi quod 5 ppg. male a vermibus passae et partim conglutinatae sequuntur, de quibus v. Dozy l.l.

Ordo opusculorum antea alius fuit, ut ex indice tituli apparet. Hinc quoque docemur unum tractatum c. t. كتاب تجريد التوحيد deësse.

## MXXXIV. (Cod. 369 *a* et *b* Warn.)

„الضوء اللامع، لأهل [1]) القرن التاسع" auctore Schams-ad-dîn Mohammed ibn-Abdarrahmân *as-Sakhâwî* (+ 902).

De operis consilio auctor in praefatione (Cod. 369 *b*, fol. 1 v., 2 r.) haec monet: فهذا كتاب من اهم ما به يعتنى جمعت فيه من علمته من هذا القرن الذى اولة سنة ٨٠١ ختم بالحسنى من سائر العلماء والقضاة، والصلحاء والرواة، والادباء والشعرا، والخلفاء والملوك والامرا، والمباشرين والوزرا، مصريا كان او شاميا، حجازيا او يمنيا، روميا او هنديا، مشرقيا او مغربيا، بل وذكرت فيه بعض المذكورين بفضل ونحوه من اهل الذمة اقتفاء فى اكثرهم لمن اضفته اليه فى غزوة لانه اجتمع لى من هولاء الجم الغفير، وارتفع عنى

1) Sic in praefatione auctor ipse opus suum vocat et eodem modo titulus scribitur in praefatione Compendii operis (Cod. 518, p. 1); in titulo Codicis 369 *a* legitur فى اخبار, et Hâdji-Khâlîfa (IV, p. 122) scribit فى اعيان.

„الا اليسير» الناس فى جمهورهم. Post haec verba statim fontes e quibus hausit, indicat auctor his verbis: مستوفيا مَنْ كان منهم فى معاجم شيخنا وانبائه[1]) وتاريخى العينى[2]) والمقريزى سيّما فى عقوده[3]) التى رتبها النجم بن فهد وان لم ينهضا لاستيفائه الى غيرها من التواريخ كالذيل لحلب لابن خطيب الناصرية[4]) ولمكة للنجم بن فهد مع اصله للفاسى[5]) والطبقات والوفيات المدوّنة والتراجم كشيوخ

---

1) Est Schihâb-ad-dîn Ahmed *ibn-Hadjar* qui, anno 773 natus, anno 852 diem supremum obiit. Infra enim ait as-Sakhâwî: وكل ما اطلقتُ فيه شيخنا فمرادى به ابن حجر استاذنا. De ejus opere cui titulus انباء الغمر فى ابناء العمر cf., praeter Hâdjî-Khalîfam, Quatremère, *Hist. des sultans mamlouks* I, 2, p. 219, et animadverte praeter duos Codd. Paris. (AF 656 et 657 Cat. 1602; cf. etiam 1603, 1604 et 1605, 1), de quibus hic retulit, tertium exemplar hujus operis in Bibl. Paris. asservari, nempe in collectione Asselini, ut refert Flügel in *Wiener Jahrb.*, Vol. 90, *Anz.-Bl.* p. 6. Etiam Bibl. Goth. hujus operis exemplum possidet (1622, 1623) et in Bibl. Bodl. asservatur primum volumen (Uri n. 705). Alia exempl. sunt in Mus. Brit. (316, 1241) et Biblioth. Berol. (Ahlw. 9460—61). Ceterum in titulo إنْبَاء, non أَنْبَاء, ut Quatremère scripsit, pronuntiandum esse, etiam nostro as-Sakhâwîi Codice confirmatur, nempe in quo وانبائه (sic) scriptum est. — Ibn-Hadjari المعاجم, sub hoc certe titulo ab Hâdjî-Khalîfâ non nominatus, a Quatremèrio commemoratur (l.l., p. 218), sed mihi valde verisimile videtur, illud opus *idem* esse atque Lexicon Biographicum virorum qui saeculo octavo floruerunt, quod inscriptum est „الدرر الكامنة، فى المائة الثامنة»; quae opinio eo, ni fallor, confirmatur, quod as-Sojutî in praefat. ad *Vitas Grammaticorum*, itidem duo Ibn-Hadjari opera citat, nempe الدرر الكامنة et انباء الغمر.

2) *Triplex* redactio exstat historiae al-Ainîi (✝ 845), nempe magna, media et parva.

3) Hujus al-Maqrîzîi operis titulus est „درر العقود الفريدة، فى تراجم الاعيان المفيدة». Continet vitas aequalium auctoris. V. Quatremère, l.l., Préface, p. XVII et Hâdjî-Khalîfa III, p. 216. Exigua operis pars, litteram ا et fragmentum litterae ع complectens, exstat in Bibl. Goth. (1771), qui Codex, utpote ipsius auctoris manu exaratus, summi est pretii. Ex verbis vero as-Sakhâwîi patet, al-Maqrîzîum hoc opus non absolvisse, illudque, post ejus mortem, ordinatum et continuatum fuisse a Nadjm-ad-dîn ibn-Fahd, sed neque hunc illud ad finem perduxisse, ut jam dixit Dozy in *Notices sur quelques manuscrits arabes*, p. 14, ann. 3.

4) V. Hâdjî-Khalîfam II, p. 125.

5) Continuavit itaque Historiam al-Fâsîi Nadjm-ad-dîn ibn-Fahd (amicus as-Sojutîi; v. praefationem ad *Tabaqât-an-nohât*), quod Hâdjî-Khalîfa commemorare neglexit.

ابن فهد النقى [1] وولده وتخريجه [2] وغيرهما من المعاجم وما علّقته من مجاميع مفيدنا الزين رضوان او رايته فى استدعاات ابن شيخنا ونحوه من الاعيان وسائر من ضبطته ممن اخذ عن شيخنا او عنّى او اخذت عنه ولو لم يكن له كبير اعتناء الخ.

In sequentibus placuit as-Sakhâwîo, virorum doctorum laudes quibus ipsum ornaverant, referre.

Primum hujus operis volumen, valde spissum, totum possidemus. Continet litteram ا (primum nomen est آدم, ultimum ايوب). Alterum quod hic habemus volumen (369 $a$) totius operis tertium est; itidem magnae est molis, incipitque in media littera ع (عتيق بن عتيق); post litteram ع, nempe in medio fere tomo, sequuntur غ, ف, ق et pars litterae م, usque ad محمد بن جوهر; sed post haec sequi debent quae leguntur ad calcem alterius voluminis, nempe illa pars quae incipit a محمد بن حاجى et explicit in محمد بن زكريا. Uterque Codex ab eodem librario, anno 996, exaratus est.

Ex iis quae dixi, lectori jam patuit, nos, licet duo nostri Codices revera ingentes sint, exiguam tantum partem operis possidere. At haec duo volumina, praeter voluminis III alterum exemplar quod Lipsiae (Ref. 209) conservatur, sola sunt quae in Europa exstant; caetera aut perierunt, aut certe ad nostram non pervenerunt notitiam. — Nunc de Compendiis videndum est, e quibus unum possidemus, nempe:

### MXXXV. (Cod. 518 Warn.)

cui titulus est: البَدْرُ الطَّالِع، مِنَ الضَّوْء اللَّامِع „, auctore Ibn-Abd-as-Salâm [3]), qui, si annotationi ad Hâdjî-Khalîfae opus fides habenda est, anno 931 obiit.

In libri praefatione auctor ait, se anno 905 Meccae (ubi tunc

---

1) Hoc opus, si, ut suspicor, معاجم vocatum fuit, ab Hâdjî-Khalîfâ non commemoratur. Neque de sequentibus aliquid apud hunc bibliographum inveni.

2) Cod. تخريجه sine و.

3) Plenum auctoris nomen est: Schihâb-ad-dîn Ahmed ibn-'Izz-ad-dîn Mohammed ibn-Mohammed ibn-Abd-as-Salâm al-Manufî.

secunda vice erat) legisse as-Sakhâwîi librum cui titulus الضوء اللامع لاهل القرن التاسع, quinque spissis voluminibus comprehensum; addit, sibi placuisse ut ex *nonnullis litteris* (من بعض الحروف) quaedam excerperet, hisque excerptis se titulum dedisse البدر الطالع من الضوء اللامع. Sequuntur itaque excerpta ex hisce litteris: ا (p. 76), ح (p. 77), ز (p. 84), ص (p. 85), ع (p. 125), ف (ib.), م et (p. 230) ى; porro (p. 237) ex capite de الكنى, (p. 247) ex capite de الالقاب (sed tantum littera ز), (p. 248) ex capite de ابن; ultimo denique loco (p. 255) in Ibn-Abd-as-Salâmi libro caput reperitur sic inscriptum: ولنختم الآن بذكر شيء مما رايته فيه من الفوائد المفرقة المستحسنة.

Codicem nostrum ex auctoris autographo descriptum esse anno 976, patet ex subscriptione, quae haec est: وكتب من النسخة الذى بخط مؤلفه (sic) وهو احمد بن محمد بن محمد بن عبد السلام المنوفى — وكان الفراغ من نسخه يوم الخميس المبارك ١٥ شهر ربيع الثانى سنة ٩٧٦. Paginas continet 261 octuplicatas.

Alia exempla *hujus* epitomes exstant in Bibl. Paris. 2078, Vind. 1179. Compendii, auctore Zain-ad-dîn Omar ibn-Ahmed as-Schammâ al-Halebî, cui titulus "القبس الحاوى، لغرر ضوء السخاوى", de quo etiam Hâdjî-Khalîfa mentionem injecit, *primum* volumen servatur in Bibl. Bodl. (Uri n. 855; cf. Add. et Emend. p. 598).

## MXXXVI. (Cod. 416 (2) Warn.)

"أَعْيَانُ ٱلْأَعْيَانِ، وَأَبْنَاءُ ٱلزَّمَانِ" auctore as-Sojutî (+ 911). »Continet notitias, alias longiores, alias breviores, de omnis generis hominibus, Proceribus aeque ac doctis, Auctoris coaetaneis." (Meursinge *Spec.* p. 46 seq.). Caeterum observandum est, ipsum as-Sojutîum in praefatione dicere, libri titulum esse: نظم العقيان، فى اعيان الاعيان". Opus alphabetice ordinatum est. Inter صالح et طاهر duae probabiliter paginae exciderunt. Exemplar hoc unicum in Europa esse videtur. Anno 974 nitide exaratum est.

## MXXXVII. (Cod. 1956 = Amîn 233.)

"قَلَادَةُ ٱلنَّحْرِ، فِى وَفَيَاتِ أَعْيَانِ ٱلدَّهْرِ" sive lexicon biographicum

auctore Abu-Mohammed at-Taijib ibn-Abdallah ibn-Ahmed ibn-Alî *Abu-Makhrama* qui ineunte saeculo decimo vixit in urbe Aden. Narrat enim (II, f. 184) patrem suum mortuum esse anno 903, fratrem majorem natu (natum anno 866) anno 911 (ibid. fol. 187 v.), quocum facit quod auctoris opus in enarrandis rebus anni 927 explicit. Trium quibus totum opus constabat voluminum duo possidemus, secundum nempe et tertium in unum religata. Primum volumen agit de iis qui mortui sunt ante annum 501 sed periit. ut in Amîni catalogo docemur, secundum 75 folia continens pergit ad annum 700, tertium denique ad finem operis 202 foliis absolvitur. Ordo quo tractantur viri est igitur chronologicus et quidem in *tabaqât* divisus quorum singulae viginti annos amplectuntur. Antequam auctor agit de viris per viginti illos annos mortuis historia universalis horum annorum breviter describitur et praesertim in ultimis annis auctor prolixe agit de historia urbis Aden et provinciae Jemen, quod usui esse poterit ei qui res maritimas Lusitanorum illius temporis describere velit.

Auctor opus suum non absolvit nam mors praematura eum abripuit antequam redactionem finalem operis (تبييضه) absolvisset, itaque Codex noster in fine multas lacunas habet. Anno 1030 descriptus est ex exemplari quod anno 987 secundum auctoris autographon redegit Omar ibn-Ibrahîm ibn-Radhwân الجبانى (vel الحبانى). Textus autem non caret mendis.

## MXXXVIII. (Cod. 1023 Warn.)

الشَّقائق ٱلنُّعمانيَّة فى عُلَماء ٱلدَّولَة ٱلعثمانيَّة auctore Ahmed ibn-Moçtafâ, qui nomine Tâschköprî-zâdeh (طاش كبرى زاده) notus est et anno 965, tribus annis ante mortem, librum absolvit. Praeter Hâdjî-Khalîfam cf. de hoc opere Hammer in *Geschichte des Osmanischen Reiches*, I, p. xl; IX, p. 239. In decem classes viri docti distributi sunt. Terminatur liber autobiographiâ auctoris.

Codex anno 978, decem annis post auctoris mortem elapsis, scriptus est.

MXXXIX. (Cod. 692 Warn.)

Ejusdem operis alterum exemplum, anno 1025 scriptum.

Hujus operis exemplaria in quavis fere Bibliotheca reperiuntur. Vid. nunc Pertsch in Catal. Goth. III, 345 seq. Editus est liber Bulâqi in margine editionis Ibn-Khallikân.

MXL. (Cod. 1985 = Amîn 262).

Continet hic Codex fragmentum vel potius plura folia, quum praeter initium etiam alia folia in medio libro perierint, operis biographici, in quo recensentur viri docti, qui floruerunt regnantibus sultanis Selîm ibn-Solaimân et Morâdo III. Suspicio igitur oritur nos hîc habere partem libri, cujus mentionem fecit Hâdji Khal. IV, 66 tamquam appendicis ad librum notissimum c. t. الشقائق النعمانية, quem compegit *Alî ibn-Bâli*, vulgo *Manq* (منق) [1]) dictus + 992 et cui titulum dedit: العقد المنظوم فى ذكر افاضل الروم. Quam conjecturam testimonio ipsius auctoris certissimam reddere possum, nam in describendo regno Selîmi lectorem relegat ad librum suum c. t. نادرة الزمن فى تاريخ اليمن, qui liber a Hâdji Khal. VI, 288, n. 13509 laudatur et auctorem habet ipsum illum Alî ibn-Bâli Manq. Exemplar minus mutilum quam nostrum possidet Bibliotheca Vindobonensis, quod descripsit Flügel in catalogo suo II, 349, n. 1183, ubi conferat qui melium hunc librum cognoscere studet.

Finem Codicis possidemus e cujus subscriptione patet illum exaratum esse anno 1063, quod quidem egregie factum est charactere neskhî.

Alia exemplaria praeter Vindobonense: Mus. Brit. n. 960; Berolin. apud Ahlwardt n. 9883—84; Mus. As. apud Rosen n. 207; Paris. 2163; Lips. (Ref.) Z. d. D. M. G. VIII, 578 n. 20.

MXLI. (Cod. 747 Warn.).

„ذَخَائِرُ ٱلْآثَارِ، فِى أَخْبَارِ ٱلْأَخْيَارِ“ auctore Schams-ad-dîn Mo-

1) Textus h. l. جمنق sed vid. ann. ad hunc locum VII, 774.

hammed ibn-Ahmed ibn-Alî al-Andalosî Mâlikita, qui tempore quo hoc exemplar exaratum est, i. e. anno 1004, adhuc inter vivos fuisse videtur; nam librarius in titulo ejus nomini subjunxit haec: ادام الله تعالى النفع به وبلّغه اقصى اربه بمنّه ويمنه وكرمه. Recens certe est scriptor, nam recentes citat, v. g. as-Sojutîum in Historia Khalifarum (p. 51).

Primum breviter agit auctor de Mohammede et de khalifis (usque ad al-Mamunum). Haec libri pars (p. 1—77) parvi est momenti; non majoris est reliqua pars, quae fere nihil continere videtur nisi excerptum ex Ibn-Khallikâne.

Codex nitide exaratus est et 338 paginas quadruplicatas continet. Aliud exemplar mihi non innotuit.

MXLII. (Cod. 1742 (1) = Amîn 5.)

„النُّور السافِر، فى القَرن العاشِر" auctore Zain-ad-dîn Mohammed Madjan ibn-Abdarrahmân princeps Medicorum in urbe Misr. Quaenam ratio intercedat inter hunc libellum et librum ejusdem fere tituli et argumenti cujus mentionem facit Hâdji Khal. VI, 392 sub n. 14031 optime docet praefatio ubi post doxologiam sequitur وبعد فيقول الفقير مدين الطبيب انى لما رايت من تاليف السيد الشريف الفاضل الكامل مفيد الطالبين الشيخ محيى الدين عبد القادر بن العارف شيخ بن عبد الله بن شيخ بن الشيخ عبد الله العيدروس اليمنى كتابا قال فى اوله الخ — اردت ان التقط منه نبذة لطيفة تتعلق بمن له شهرة بالديار المصرية او غيرها لان اكثر من ذكره فيه من اهل دياره اليمنية والله الموفق الخ. Est igitur exiguum compendium operis Ibn-al-Aidarûsi, cujus exemplar asservatur in Mus. Brit. (Cf. Cat. p. 429, n. 937) de illis viris decimi saeculi qui in Aegypto aliquam famam nacti sunt. Auctor operi suo, quod vix 26 folia implet, finem imposuit die 2°. mensis Rabî' I, anno 1042. Eodem Codice continetur:

MXLIII. (Cod. 1742 (2) = Amîn 5.)

„الرَّوح الباصِر، عَلَى بَعْض وَفَيات أَعْيانِ أَهْلِ القَرنِ العاشِر" eodem

auctore. Ut titulo satis indicatur etiam opus biographicum est, de viris saeculi decimi, attamen auctor ad saec. undecimum procedit (الى العام الذى نحن فيه). Ultimus enim annus qui h. l. memoratur est 1044. Liber nempe secundum annos digestus est. In praefatione auctor dicit se frustra quaesivisse opus as-Scha'rânî similis argumenti c. t. المفاخر والمآثر فى بيان مناقب علماء القرن العاشر. Quando hic liber scriptus sit non dicitur, attamen probabiliter eodem anno 1044; est enim auctoris autographon. Folia implet 25—216.

MXLIV. (Cod. 1742 (3) = Amîn 5.)

Excerpta e libro c. t. الدُّرَرُ الفَرَائِدُ المُنَظَّمَة، فى أَخْبَارِ الحاجّ وطريق مَكَّة المُعَظَّمَة، auctore Zain-ad-dîn Abd-al-Qâdir ibn-Mohammed ibn-Abd-al-Qâdir al-Ançâri al-Djazîrî al-Hanbalî, scripta manu ejusdem Mohammedis Madjani et quidem anno 1038. Leguntur a fol. 217 usque ad fol. 228. Excerpta haec sunt e sectione tertia capitis secundi (فى امرة الحاج), in qua de magistris suis, omnibus e parte posteriore saeculi noni et initio saeculi decimi, egit et deinde de memorabilibus quibusdam inde ab anno quo natus est auctor 911 ad annum 970. Mohammed Madjan dicit se tantum primum volumen operis ingentis, cujus capitum elenchum memorat, vidisse.

MXLV. (Cod. 2010 = Amîn 287.)

Hoc volumen ita inscribitur: هذا ما انتخب من تاريخ لمولانا العلامة الشيخ قطب الدين بن العلامة مولانا علاء الدين على النهروالى الحنفى نزيل مكة ومن خطه نقلت ما صورته. Quibus praemissis auctor exorditur a biographia patris et matris *Qotb-ad-dîni* ejusque fratrum etc. (ab ipso conscripta), quam excipiunt multae aliae virorum doctorum saeculi noni et decimi. Finem faciunt vitae quam brevissimae priorum imperatorum Othmanorum, teste subscriptione: هذا اخر ما اردنا انتخابه من التاريخ المذكور. Patet igitur hoc volumine contineri *excerptum* e quodam libro Qotb-ad-dîn ab anonymo quodam, ex autographo descriptum. Qualis autem fuerit titulus

hujus libri Qotb-ad-dîni difficile dictu est, nam de Historia Meccana et Expugnatione Jemanae cogitari nequit, liber autem Classium Hanafitarum secundum Hâdji Khal. IV, 137 incendio periit nec postea absolutus fuit, quum auctor in retractanda materia naturae debitum solverit. Aliud opus historicum auctoris a Hâdji Khal. non memoratur.

Ceterum Codex noster fere saeculo post mortem Qotb-ad-dîni scriptus est anno H. scilicet 1082. Probabiliter est autographon et satis bene exaratum est. Ordo foliorum hic illic turbatus est.

MXLVI. (Cod. 2009 = Amîn 286.)

«سُلَافَةُ العَصْرِ، فِى مَحَاسِنِ أَهْلِ العَصْرِ» auctore Alî Çadr-ad-dîn al-Madanî ibn-Ahmed Nitzâm-ad-dîn al-Hosainî al-Hasanî, qui illud opus anthologicum composuit anno H. 1082. Ceterum cf. Flügel in Catal. codd. Vindobon. I, 390, n. 409, ubi aliud exemplar describitur, Wüstenfeld, *die Geschichtschreiber* n. 589.

Exemplar nostrum 332 foliis constans anno 1167 exaratus est et quidem ductu grossiori et parum eleganti, exceptis foliis 3—9 quae melius scripta sunt. Praecedit index vitarum.

Alia exemplaria praeter Vindobon. jam laudatum: Ms. Cid. Hammouda p. 16; Mus. Brit. n. 1647; Berol. (Ahlwardt) 7418—19.

MXLVII. (Cod. 1737 = Amîn 384.)

«ذَوْبُ الذَّهَب، فى مَحَاسِنِ مَنْ شاهَدْتُ بعَصْرِى من أَهْلِ الأَدَب» auctore al-Mohassin ibn-al-Hasan Abu-Tâlib qui hoc opus obtulit Waziro Alî ibn-Ahmed Râdjih (راجح) ibn-Saʿîd quem summis laudibus in praefatione prosequitur. Libri titulo jam satis docuit auctor quid sibi in hoc opere scribendo proposuerit et simul aetatem suam definivit quum viri de quibus loquitur fuerint ipsius aequales. Primi autem de quibus exposuit sunt Abu-Mohammed Zaid ibn-Mohammed ibn-al-Hasan filii principis fidelium (Zeiditarum scil.) al-Mançur-billâh († 1029) et frater ejus Ismâʿîl ibn-Mohammed auctor operis سِمْطُ اللآلى فى شِعْرِ الآل (v. supra n. DCCCCXVIII). Hic mortuus

est anno 1079 (vel 1078). Post hos duos agit de Abdallah ibn-Alî al-Wazîr qui anno 1118 adhuc inter vivos erat. Cf. supra sub num. DCCLXVIII (I, p. 491). Paullo post agit de Jahjâ ibn-Ibrâhîm quem anno 1117 aut 1118 obiisse ait, deinde de Jahjâ ibn-Alî qui post annum 1120 periit, de Ismâ'îl ibn-Mohammed anno 1139 mortuo, imo memorat virum quem anno 1140 vita defunctum esse dicit. Scripsit igitur ad finem dimidii prioris saeculi duodecimi. Opus dici potest historia litteraria Jemanae aetate auctoris sed monendum est eum saepius poematum laudatorum illustrandorum gratia etiam de aliis viris et rebus exponere. Multa eo continentur quae frustra in libro Kholâsat-al-Atzar quaeres.

Initium: نحمد من اعان فأبان واطلع فى افق الاحسان نجوم البيان الخ.

Codex continet 259 folia formae maximae ductibus majoribus et minime elegantibus attamen distincte exarata. Operis finis deesse videtur non ideo quod Codex mancus sit sed quod numquam ab ipso auctore absolutum sit opus.

Aliud exemplar mihi non innotuit.

## 16. VITAE GRAMMATICORUM.

### MXLVIII. (Cod. 654 (3) Warn.)

Inscriptio hujus Codicis haec est: هذا شىء علّقْتُه لنفسى مختصرا من كتاب إنباء الرواة على انباء النحاة تاليف ابى الحسن على ابن يوسف بن ابرهيم بن عبد الواحد الشيبانى القفطى.

Scimus ex Hâdjî-Khalîfa (I, p. 441 et IV, p. 154), al-Qiftîum librum composuisse, vitas grammaticorum complectentem, quem inscripsit إنْباء الرواة على أنْباء النحاة, *Ea quae traditionarii posteris tradiderunt de historiis grammaticorum* [1]) (vide etiam vitam al-Qiftîi in Cod. 159, fol. 230 v.). Ab eodem bibliographo discimus, ad-Dzahabîum, qui saeculo proximo vixit (al-Qiftî enim mortuus est anno 646, et ad-Dzahabî anno 748), hunc librum in epitomen

1) Vides, me a Flügelio (I, p. 441) in hoc titulo legendo et interpretando dissentire.

redegisse. Nullus dubito quin noster Codex hanc ad-Dzahabîi epitomen offerat, licet ejus nomen non sit additum. Ex litterarum ductibus fere certum videtur, nostrum Codicem esse auctoris *autographum*, Codex enim currente calamo sed emendate exaratus est; hoc vero casu a Dzahabîi autographo, quod Codice 1721 continetur (supra p. 21) aetate necessario distat.

Ipsum al-Qiftîi opus deperditum est, et epitomes ad-Dhahabîi praeter nostrum alius Codex in Europa non reperitur. Habemus itaque opus utilissimum, quod multa continet quae in as-Sojutîi opere de eodem argumento non leguntur; unicum praeterea Codicem illumque ab ipso auctore exaratum.

MXLIX. (Cod. 474 (5) Warn.)

Tractatulus Sojutîi (+ 911) qui inscribitur هذا جُزْء جمعتُ فيه الاخبار المرويّة فى سبب وضع العَرَبيّة. In fine lectorem relegat ad opus suum طبقات النُّحاة.

Exaratus est anno 987 ut omnia quae hoc volumine comprehenduntur opuscula.

## 17. VITAE POETARUM.

ML. (Cod. 1694).

Apographon libri كتاب الشِعْرِ والشُّعَراء auctore Ibn-Qotaiba, anno 1869 factum Damasci. De eo retulit Vir Cl. E. Prym Z. d. D. M. G. 1874, p. 677. Debemus hunc librum liberalitati Vir. Clar. Prym et Socin. Continet alteram redactionem operis, in multis diversam a textu quem Codex Vindob. exhibet. Editio ejus a me parata sub prelo est.

MLI. (Cod. 502 Warn.)

يَتِيمَةُ ٱلدَّهْرِ، فِى مَحَاسِنِ أَهْلِ ٱلْعَصْرِ" auctore at-Tzaâlibî (+ 429). Indicem hujus anthologiae v. in Catal. Oxon. p. 314—320. Codex, opus plene perfecteque exhibens, anno 1048 exaratus est. Typis prodiit Damasci anno 1302 H.

MLII. (Cod. 23 *b* Gol.)

Pars ejusdem operis, nempe a secundae inde partis capite quarto ad finem usque, omissis tamen, praesertim in parte 3ª et 4ª, quam plurimis.

Codex charactere Africano exaratus est ante annum 974.

MLIII. (Cod. 2078 = Amîn 355.)

Fragmenta ejusdem operis. Primum folium idem continet ac fol. 54 Codicis 502, sed quae sequuntur minime textum integrum offerunt quum plura desint.

Sunt 120 folia nitide exarata sed recentioris aetatis.

MLIV. (Cod. 1005 (2) Warn.)

Caput de al-Motanabbîo ex *al-Jatîmâ* (I, 5) (Cod. 502, p. 61—132).

Alia exempl. *al-Jatîmae:* Paris. 3111; 3308—12; Mus. Brit. 572, Suppl. 1110, 3; Cantabr. (Browne) 1224; Bodl. (Uri) 805, 806, 807, 808, 822, (Nic.) 313; Lee 66; Goth. 2127; Berol. (Ahlw.) 7401—8; Caes. Vind. 363—65; Upsal. 296; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 245; Escur. 348, 349; Alger. (p. 13). Vid. porro Pertsch ad Cod. Goth. 2127.

MLV. (Cod. 773 Warn.)

Excerptum ex Anthologia poëtica, quae دُمْيَةُ القَصْرِ، وعُصْرَةُ أَهْلِ العَصْرِ dicitur et composita est ab Abu-'l-Hasan Alî ibn-al-Hasan ibn-Alî ibn-abi-'t-Taijib al-Bâkherzî, qui illam scripsit post annum 455 tamquam appendicem ad at-Tzaâlibîi *al-Jatîmam;* interfectus est hic scriptor mense Dzu-'l-Qaᶜda anni 467 in pago Bâkherz, qui ad ditionem Nisâburi pertinet [1]).

Epitomator se ipse in Praefatione (nam Codex inscriptione et subscriptione caret) vocat Mohammed Alî (sic), vulgo Ridhâî dictus (المعروف برضائى). Weijersius, in schedula quam in ipso nostro Codice deprehendi, conjecit, hunc eundem esse atque Mohammed

1) Vide auctoris vitam in *Classibus Schâfiitarum* auctore as-Sobkî (Cod. 73 *b*, p. 118).

ibn-Alî ibn-Mohammed ar-Ridhâî, qui anno 1039 obiit et فتاوى scripsit, de quibus vide Hâdjî-Khalîfam in v. فتاوى رضائى [1].

In Praefatione epitomator porro ait, se jam antea excerptum composuisse ex Imâd-ad-dîni *al-Kharîda*, et nunc sibi placuisse ut similiter excerptum ex دمية القصر componeret. Qua in re eundem ordinem atque al-Bâkherzî secutus est, ut patet ex collato Indice hujus operis quem Hammer dedit (*W. Jahrb.*, 88, *Anz.-Bl.*, p. 1—7) et Flügel in Catal. Codd. Vindob. I, 339 seq. cum nostro Codice [2].

Quodsi nos, ipsum دمية القصر non possidentes, ex hac epitome aliquam fortasse utilitatem capere possemus, ideo tamen noster Codex pauci est auxilii, quia in magna operis parte *omnia poëtarum nomina* desiderantur. Haec nempe minio addere librarius neglexit.

Codex in India vel in Persia, ut ex chartae specie et litterarum ductibus patet, scriptus est. Aliud hujus epitomes exemplum mihi non innotuit; *ipsius* vero دمية القصر tria exempla exstant in Bibl. Caes. Vind. (366—368) et praeterea illud opus possidet Bibl. Goth. (Pertsch 2128), Bibl. Mus. Asiat. Petrop. (Rosen 246); Mus. Brit. (573, 1126), Berol. (Ahlw. 7409); Bibl. Paris. (Cat. 3313) et Bibl. Fatihie Constant (4358).

## MLVI. (Cod. 306 Warn.)

„قَلائِدُ ٱلْعِقْيَانِ، وَمَحَاسِنُ ٱلأَعْيَانِ" auctore Ibn-Khâqân († 529).

Hic Codex, fuse descriptus a Weijers (*Orient.* I, p. 463 seqq.), est ille qui A. nominatur in nonnullorum capitum editione, diversis temporibus a Weijersio, ab Hoogvlieto et a Dozyo facta. Indicem capitum dedit Weijers l. l. p. 413—431.

## MLVII. (Cod. 35 Gol.)

Alterum ejusdem operis exemplar, quod B. vocare solemus. Fuse descriptum est a Cl. Weijers cum in Specimine, tum in primo vo-

1) In Praefatione (fol. 3 r. et 4 r.) sermo est de khalifa al-Qâjim-billâh, cui liber dedicatus est; sed *haec* praefationis pars ex ipso دمية القصر desumta est.

2) Primum caput agit فى محاسن شعراء البدو والحجاز; „der Wüste und Hidschret" exstat apud Hammerum, sed hoc sine dubio est typothetae error.

lumine operis c. t. *Orientalia*. De reliquis Codd. (cf. Mon. 506—7; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 247; Mus. Brit. 366 (1), 539 (2), Suppl. 664; Vind. 1160; Berol. (Ahlw.) 7410—11) expositum est cum ab eodem, tum a Dozyo in opere c. t. *Script. Arabum loci de Abbadidis.* Editus est liber Parisiis anno 1277 et Qâhirae anno 1284.

### MLVIII. (Cod. 639 Warn.)

Volumen nonum (paenultimum) operis «أَخْبَارُ المُلُوك، ونُزْهَةُ المالِكِ والمَمْلُوك»، فى طَبَقَاتِ الشُّعَرَاء المُتَقَدِّمِينَ مِنَ الجاهِلِيَّةِ والمُخَضْرَمِينَ والإِسْلامِيِّينَ والمُحْدَثِينَ وذِكْرُ مُخْتَصَرٍ من أَخْبارِهِمْ ومُخْتَارِ أَشْعارِهِمْ ومَنْ تَلَاهُم مِنَ الشُّعَرَاء الى هذا الزَّمانِ والأَوانِ auctore al-Melik al-mançur Abu-'l-Ma'âlî Mohammed ibn-Omar ibn-Schâhânschâh ibn-Aijub, principe Hamâtae (+ 617). De hoc libro cf. Weijers cum in opere c. t. *Loci Ibn Khacanis de Ibn Zeidouno*, p. 13—15, tum in *Orient.* I, p. 490—499.

Codex ex ipso autographo, eodem anno (602) quo opus compositum fuit, descriptus est.

## 18. VITAE MATHEMATICORUM, ASTRONOMORUM, PHILOSOPHORUM ET MEDICORUM.

### MLIX. (Cod. 159 (1) Gol.)

Titulus: المنتخبات الملتقطات من كتاب تاريخ الحكماء تاليف الوزير جمال الدين ابن القفطىّ وزير السلطان بحلب وهو فى الاحياء الى سنة ست واربعين وستّمائة.

Est Excerptum e libro تاريخ الحُكَماء [1]), scripto a Wazîro al-Qiftî (+ 646). Factum est hoc Excerptum, teste annotatione in

1) Secundum A. Müller (*Ueber das Târîch el-hukamâ* in Actes du 8me Congrès des Orient. Sect. Sém.) operis al-Qiftîi verus titulus fuit «كتاب اخبار العلما بأخبار الحكما».

fine adscripta, fol. 228 v., a محمد بن على محمد (sic) الحطيبى (l. الخطيبى) الزوزنّى anno 647; ergo jam primo post auctoris mortem anno. — *Hujus* Excerpti ab Hâdjî-Khalîfa mentio non facta esse videtur. De vita auctoris ejusque opere cf. imprimis Flügel in Abu-'l-fedâi *Historia anteislamica*, ed. Fleischer, p. 233—235, qui vitam al-Qiftîi, ab aç-Çafadîo conscriptam, ibi edidit et vertit.

Initium nostri libri idem est atque ipsius al-Qiftîi operis, nempe الحمد لله خالق الكل وعالم ما قل وجل; in nostro quoque Compendio virorum nomina ordine alphabetico disposita sunt; fol. 206 r. sequitur caput الكُنَى فى اسماء الحكماء, et fol. 224 v. الأبناء فى اسماء الحكماء. Opus explicit fol. 228 v. Fol. 229 r. incipit historia cujus initium sic in Codice audit: الشيخ (adde أنّ) حكى الحكيم الثقفى الرئيس ابا على الحسين بن عبد الله بن سينا كان ياتى مجلس الامير علاء الدولة وعليه قباء وذارىّ وعمامة الخ, et fol. 229 v. (in fine) exstat vita auctoris: (sic) ذكْر الوزير جمال الدين بن قنطى مصنّف كتاب تاريخ الحكماء على ما شرحه اخوه وكتبه من حلب سنة ثمان واربعين. Natus est anno 568 in urbe Aegypti Qift, unde nomen habet; cf. etiam Jaqut, IV, ١٥٢.

Liber, probabiliter quidem scriptus sed mendis scatens, folia continet 231 octuplicata.

Exempla ejusdem Excerpti servantur in Bibl. Caes. Vind. (Flügel 1161—62); Berol. (Ahlw. 10053—54); Mon. (440); Mus. Brit. (1503); Paris (2112); Argent. (20); Escur. (1773) et Constantinopoli in Bibl. Köprülü (1033), Raghib-Pascha (988).

MLX. (Cod. 204 (1) Gol.)

Quaedam excerpta ex libro de quo dixi, nempe *Tarîkh al-hokamâ*, auctore al-Qiftî.

Praemissa sunt nonnulla quae possessores suum in usum annotarunt; prima vero opusculi verba (fol. 4 v.) sic audiunt: بسم الله الرحمن الرحيم وبه العون كتب ارسطوطاليس وتفسيره تامّ الفضيلة وله

فى جميع العلوم الفلسفيّة كتب شريفة كلّيّة وجزئيّة فالجزئيّة رسائله التى يتعلّم منها معنى واحد فقط والكلّيّة سبعون كتابا التى وضعها لاوفارس وفى تذاكير الخ, quibuscum cf. Codicem 159, fol. 17 r. in f., et ʿasiri I, p. 304 seqq. Enumerationem scriptorum Aristotelis excipit fol. 12 r. كتب اقليدس المهندس النجار الصورى, quibuscum cf. al-Qiftî fol. 35 r.; sequuntur deinde permultorum librorum a Graecis et Arabibus scriptorum tituli, quos epitomator ex al-Qiftîo verbotenus descripsit, ut ex collato al-Qiftîi Codice luculenter apparet. Subscriptio sic audit: هذه كتب ما وجدت اساميهم فى تاريخ الحكماء من مؤلّفى المتوسّطات واقليدس والمجسطى ولكن بقى من لم يوجد اسمه فيه; ex quibus verbis non sine magna veri specie efficere posse mihi videor, *ipsum* al-Qiftîum librorum Catalogum, de quo dixi, ex suo *Tarîkh al-hokamâ* excerpsisse.

Libellus, charactere nestalîq exaratus, textum offert longe meliorem quam noster Codex libri *Tarîkh al-hokamâ*. Paginas continet 32 (fol. 4 v. — 20 r.) formae quadrat. min., et anni nota caret. Accedunt اسماء الحكماء الطبيعيون (sic). Est nuda nominum enumeratio (fol. 20 v.).

### MLXI. (Cod. 133 (4) Gol.)

Titulus: هذا تعليق من كتاب مُنْتَخَب صوان الحكمة.

Liber صوان الحكمة Hâdji-Khalîfae ignotus erat [1]). In nostro Codice (v. p. 63) haec leguntur: هذا اخر ما وعدنا من الاختصار من كتاب صوان الحكمة، من كتاب تتمّة صوان (vocalis in Cod. add.) الحكمة من تاليف الامام ظهير الدين ابى الحسن بن ابى القسم البيهقى قدس الله روحه قال بعد الخطبة والصدر ها انا ذا ناسخ فى تصنيفى

1) „Cod. Bodl. Uri n. 484 false a possessore quodam inscribitur: صوان الحكمة. Est opus philosophicum de anima quod abrupte incipit et desinit." Hoc adnotavit Houtsma qui Codicem Oxoniensem inspexisse videtur. Adscribitur autem in catalogo I, p. 121 al-Baihaqîo Tzahîr-ad-dîn, qui, ut infra videre licet, appendicem ad صوان الحكمة scripsit.

هذا على منوال مصنف كتاب صوان الحكمة وهو ابو سليمان محمد ابن طاهر بن بهرام السّجزى وذاكرٌ من تواريخ الحكماء وفوائدهم ما قرب غروب نجومه فى مغارب النسيان والله المستعان. Ex quibus verbis jam haec patent: Liber *Çiwân al-hikmati* compositus est ab *Abu-Solaimân* Mohammed ibn-Tâhir ibn-Bahrâm as-Sidjzî, vel, quae alia nominis relativi est forma, *as-Sidjistânî*. — Erat hic philosophus et medicus qui quarto Hidjrae saeculo florebat [1]). — Appendicem ad hunc librum scripsit Imâmus Tzahîr-ad-dîn Abu-'l-Hasan ibn-abi-'l-Qâsim al-Baihaqî, de quo viro nihil memoriae proditum reperi.

Noster igitur Codex primo loco *Excerptum ex Compendio libri Çiwân al-hikmati* continet, factum ab Abu-Ishâq Ibrâhîm at-Tibrîzî, qui vulgo al-Gadhanfar (الغضنفر) vocatur [2]) (vide Codicis p. 70). Exponitur de philosophiae primordiis [3]), de antiquis philosophis eorumque placitis; (p. 68) de Abu-Solaimân as-Sidjistânî, (p. 69) Abu-'l-Fadhl ibn-al-ʿAmîd al-Qommî [4]), Abu-Tammâm an-Naisâburî, Abu-Ishâq aç-Çâbî, غلام زحل وابن بيلس (غلام زحل est Abu-'l-Qâsim Abdallah ibn-al-Hasan (+ 386), auctor libri الجامع الاكبر, ut discimus ex annotatione al-Gadhanfari, quae, dimidiam implens paginam, incipit a verbis قال الناقل وهو الغضنفر et desinit اخر قول مولانا غضنفر (sic) التبريزى رحمه الله), (p. 71) Abu-Alî Ahmed ibn-Mohammed ibn-Miskawaih, (p. 72) Abu-'l-Khair al-Hosain ibn-Sowâr, Abu-Solaimân al-Maqdisî (s. al-Moqaddasî) له الرسائل الاحدى والخمسون المسماة رسائل اخوان الصفاء (cf. H.-Kh. III, p. 460). In pag. 73 desinunt Excerpta ex Compendio libri *Çiwân al-hikmati*. — Notandum est, in eo de ipso libri auctore peculiari agi paragrapho.

1) V. Wüstenfeld, *Geschichte der Arabischen Aerzte*, p. 58, n. 114. In ipso de quo agimus Codice (p. 68 vs. 4 a. f. et 69) exstat paragraphus de hoc viro. Ibn abî Oçaibia plus semel citat ejus تعاليق (cf. I, ٣٢٢ ubi plene تعاليق حكمية).

2) Quod ad hunc virum attinet cf. infra p. 139 Codicem qui ejus Appendicem ad al-Berunîi Catalogum continet.

3) Post titulum, quem jam descripsi, prima verba sunt: قيل ان للفلسفة مبدا اخر غير المبدا المنسوب الى ثالس الملطى الخ.

4) Erat aequalis Abu-Alii Ahmed ibn-Miskawaih, de quo, anno 421 mortuo, v. Wüstenfeld, l. l. p. 64, et nostrum Codicem p. 71.

Secundo loco (p. 73 med.) sequuntur excerpta ex Appendice (تتمة) ad librum *Çiwân al-hikmati*, quae de viris exponunt his: Honain ibn-Ishâq, Tzâbit ibn-Qorra, Mohammed ibn-Zakarîyâ ar-Râzî, Abu-'l-Hasan al-Bistâmî, Abu-'l-Khair al-Hosain ibn -âbâ ibn-Sowâr ibn-Bahnâm al-Bagdâdî (de quo in priori operis parte etiam agitur), Jahjâ ibn-abî-Mançur, Mohammed ibn-Djâbir ibn-Sinân ibn-Thâbit ibn-Qorra, (p. 74) al-mo'allim at-tzânî Abu-Naçr al-Fârâbî, Abu-Hâmid Ahmed ibn-Ishâq al-Isfazârî, Abu-'l-Wafâ al-Buzadjânî, Abu-Alî ibn-al-Haitzam, Abu-Sahl al-Kuhî (الكوهى), Abu-Mohammed al-'Adlî (العدلى) al-Qâjanî, Ibn-A'lam (اعلم) as-Scharîf, Kuschijâr al-Djîlî, Mohammed ibn-Aijub at-Tabarî, Abu-'ç-Çaqr Abd-al-Azîz القبيصى, (p. 75) Abu-'l-Faradj Alî ibn-al-Hosain ibn-Hind, Abu-Sahl al-Masîhî, Jahjâ ibn-cAdî, Bahman-Jâr ibn-al-Merzabân (+ 458), Abu-Mancur al-Hosain ibn-طاهر al-Içfahânî (+ 445), Abu-Obaid al-Djuzadjânî, Abu-Abdallah al-Macçumî (المعصومى), Abu-'l-Hasan al-Anbârî, Ismâcîl al-Harawî, Abu-Sahl an-Nîlî, Ibrâhîm ibn-cAdî, Abu-'l-Hasan Alî ibn-Ahmed النسوى, Abu-'l-Qâsim Abd-ar-Rahmân ibn-abî-Çâdiq, al-Ostâdz al-mokhtaçç السخسوى, cAdhad-ad-dîn 'Alâ-ad-daula Ferâmorz ibn-Alî, (p. 76) Imâmus cOmar al Khaijâmi, Abu-'l-Macâlî Abdallah ibn-Mohammed al-Majânadjî, Abu-Hâtim al-Motzaffar al-Isfazârî, Abu-'l-Abbâs al-Lukarî, al-qâdhî Abd-ar-Razzâq الصعنانى (sic), Scharaf-az-zamân al-Ilâqî, Zain-ad-dîn Omar ibn-Sahlân, (p. 77) Abu-Sacd at-Tibrîzî, Abu-'l-Haitzam al-Buzadjânî, Abu-'l-Hasan al-Abrîsamî, Abu-Modhar Mahmud ibn-Djarîr ad-Dhabbî al-Isfahânî (+ 508), Mohammed ibn-Abd-al-Karîm as-Schahrastânî (+ 548), Abu-'l-Barakât ibn-Malkâ (+ 547; cf. Ibn abî Os. I, ٢٧٨), Bahâ-ad-dîn الخرقى, Ain-az-zamân al-Hasan al-Qattân al-Marwazî, Abd-ar-Rahmân al-Khâzin, Zain-ad-dîn Ismâcîl ibn-al-Hasan al-Djordjânî (+ 531).

Tertio denique loco sequuntur excerpta ex *Risâlâ* quae addita est Appendici operis *Çiwân al-hikmati*. Brevi enim expositioni de vita Zain-ad-dîni al-Djordjânî adjecta sunt verba وبذكره تم الكتاب. Tum in Codice haec sequuntur verba, quae tamen non ab al-Gadhanfaro, sed ab ignoto illo epitomatore libri *Çiwân al-hikmati* profecta esse arbitror: من الرسالة الملحقة بكتاب تتمة صوان الحكمة

التى وعدتها فى اول الجزؤ المختصر من كتاب صوان الحكمة واوردت فيها بعض فوائد الحكماء واشعارهم ليكون الكتاب اجمل وابتدات بذكر المعلم الثانى ابى نصر الفارابى قدس الله روحه. Quae verba non ab al-Gadhanfaro esse profecta, vel inde patet, quod de Abu-Naçr al-Fârâbî hic prorsus tacet, et statim ad Abu-Alî ibn-Sînâ transit. In Excerptis itaque ex hac epistola nonnulli quidem versus, ex virorum, quos jam recensuimus, poësi desumti, offeruntur (ut Omaris al-Khaijâmî p. 78), attamen non raro nudum exstat nomen nullo versu adjecto.

Monendum restat, auctorem, in prima et secunda opusculi parte, potius de placitis virorum doctorum quam de eorum vita exposuisse, at hanc tamen etiam saepius ab eo egregie esse illustratam. Margo ubique annotatione est operta, quae itidem, magna certe ex parte, ex *Çiwân al-hikmati* hujusque libri Appendice desumta videtur.

In fine haec leguntur: ثم ختم الرسالة بذكر شهاب الدين السهروردى وبطرف من اشعاره وباتمامها تم الكتاب والسلم وجدنا هذه التعليقات التقطها افضل المتقدمين والمتاخّرين ابو اسحق الغضنفر قدس الله نفسه ونقلنا كما وجدناها فى سنة ٦٩٢ كتبها ابن الغلام. Sed in p. 79 adhuc quaedam leguntur de Schihâb-ad-dîn as-Sohrawardî, adjecto librorum hujus viri catalogo, et in fine haec verba leguntur: تمت التعليقات والحواشى هذه الحواشى ايضا وجدنا بخط مولانا الشهيد المتبحّر افضل المتاخّرين فيلسوف الروم (sic) فخر الدين ابرهيم الغضنفر قدس الله نفسه العزيز وعلّقنا فى حواشى الرسالة ولله الحمد ويجب ان تضمن فى الرسالة هذه.

Haec Excerpta Codicis nostri p. 66—79 implent; satis nitide, ut reliqua quae Codex offert, descripta sunt anno 692 ab Ibn-al-Golâm, discipulo al-Gadhanfari.

## MLXII. (Cod. 59 *a* et *b* Gol.)

Vitae Medicorum auctore Ibn-abi-Oçaibia (+ 668) c. t. عُيُون الأَنْبا، فى طَبَقَاتِ الأَطِبَّا».

Primum volumen quod desiderabatur quum Dozy primam edi-

tionem hujus Catalogi scriberet demum recuperavimus anno 1888, sed misere laceratum et pluribus foliis amissis ut jam in praefatione exposuimus. Desunt enim folia 1—3, 107—137; 148—150, 152, 153, 155—158 et 166 usque ad finem voluminis. Incipit igitur a p. ٧, l. 4 a fine in editione Mülleri et explicit nulla ratione lacunarum habita in vol. secundo p. ٩٩ l. 11 in vita ابو مروان بن ابى العلاء بن زهر. Secundum volumen (59ᵇ) duabus constat partibus quae fere eadem continent, scilicet fol. 1—96 r. = II, ١٢١, 12—٢٧٤ in editione et fol. 96 r. — 180 = II, ١٠٩, 3—٢٧٤. Secundum Müller, Praefatio p. XXII, haec secunda pars Codicis 59ᵇ et Cod. 59ᵃ, quem tantum ex locis apud de Sacy, Abd-al-latîf, p. 549 seqq. cognitum habebat, eandem redactionem offerunt (Cf. Praef. p. XXIV). Desiderantur ergo ea quae leguntur in editione vol. II p. ٩٩—١٠٩. Prima autem pars Codicis 59ᵇ aliam offert editionem et quidem auctore Müller fere eundem textum habet ac Cod. Mus. Brit. 1291, secundam nempe redactionem.

Codices qui ad saeculum decimum Hidjrae referendi videntur anni nota carent.

### MLXIII. (Cod. 76 Gol.)

Ejusdem libri alterum exemplar uno volumine comprehensum quod aeque ac Cod. 59ᵃ anno 1888 recuperavimus. Continet folia 175 (pp. 350) et parum damni passum est. Praefationem Codicis contuli cum editione Mülleri; textus bonus esse videtur, nonnullas varias dat lectiones. Satis distincte exaratus est Codex anno 977.

### MLXIV. (Cod. 2387.)

Excerpta ex eodem libro continentia vitas medicorum qui in Hispania floruerunt = II, ٣٩—٨٢ in editione Mülleri. Descripta sunt ab A. Dugat e Cod. Paris. Suppl. Ar. 673 et cum duobus Codd. Oxoniensibus collata a W. Wright in usum Dozyi.

Emtus e libris Dozyi (Cat. n. 367).

### MLXV. (Cod. 1918 = Amîn 189.)

Tria folia quibus praemissa est inscriptio عيون الانبا فى طبقات الاطبا لموفق الدين احمد الخزرجى المصرى, sed falso Ibn abî Osai-

biae tributa sunt. Initium est قال هرمس وهو نبى الله ادريس لما اردت استخراج علم سرّ الخليقة وكيفيتها وقفت على سرب مظلم الخ et continent breves notitias de philosophis antiquis hujus secreti participibus. In fine narratur quomodo Plato solverit problema de duplicando altari, de quo sermo est in descriptione Cod. 958 (10) Catal.¹ III, 179. Deinde sequitur واما ابو على الحسين بن سينا فقد ترجمه ابن خلكان. Laudatur in notitia de Platone Abu 'l-Qâsim Maslama ibn-Ahmed al-Madjrîtî (male Cod. المرجيطى) qui anno 353 obiit. Manu al-Maqrîzîi sunt exarata, ut jam animadvertit Landberg. Hoc efficitur ex characterum ductu, nam nulla subscriptio addita est. Ultima verba alia manus addidit.

## MLXVI. (Cod. 133 (2) Gol.)

Titulus in nostro Codice est: هذه رسالة للشيخ الحكيم الفاضل المعظم ابى ريحان محمد بن احمد البيرونى روّح الله رمسه وقدّس نفسه فى فهرست كُتُب محمّد بن زكريا الرازى. In fine legitur: تمت الرسالة للاستاذ المعروفة بالفهرست.

Abu-Raihân Mohammed ibn-Ahmed al-Bèrunî (qui propter insignem astronomiae, philosophiae et medicinae peritiam inclaruit, diu in India versatus est, per postremam vitae partem in aula Gaznewidarum degit et anno 440 diem supremum obiit [1]) hunc Catalogum scriptorum celebratissimi philosophi et medici Abu-Bekr Mohammed ibn-Zakarîjâ ar-Râzî (+ 313 [2]), invitus, sed repetitis viri cujusdam, in cujus usum libellus compositus est, precibus commotus, composuisse videtur; etenim in praefatione ait: nisi mea erga te reverentia me ad hunc Catalogum componendum impulisset, profecto eum non composuissem; nam scio, ar-Râzîi adver-

---

1) Vide Wüstenfeld, *Geschichte der Arabischen Aerzte*, p. 75; Reinaud, *Fragments arabes et persans relatifs à l'Inde*, p. XI; sed imprimis Sachau, *Chronologie Oriental. Völker*, Praef. XXXVII.

